CREDO *che Titio non ti sarà fastidioso, conoscendo io la sua discrettione.*

Titium grauem tibi nulla in re futurum auguror, cum

eum eius modeſtiam nouerim.

Ex epiſtola lxxj. Quia non eſt.

PERCHE *ogn'un ſa, che tu mi uuoi bene, di qua viene che ogn'uno vuole che te lo raccomandi.*
Quia non eſt obſcura tua in me beneuolẽtia, ſic fit, ut multi per me tibi uelint commendari.

Ex epiſtola lxxij. Multos tibi.

ONDE *coſi tel raccomando, come un di miei domeſtici, & molto amiciſſimi.*
Quare ſic eum tibi commendo, ut unum de meis domeſticis, & maximè neceſſarijs.

Ex epiſtola lxxiij. Cerelliæ neceſſariæ.

IO *credo che per le gran facende, che più e più volte biſogna ch'io te ſolleciti.*
Credo equidem propter multitudinem negociorũ, etiam atque etiam eſſe commoneſaciendum putẽ.

Ex epiſtola lxxiiij. Gratulor tibi.

HO *inteſo che grandemente ti ſei corrucciato con Titio, & hollo hauuto per male.*
Titio te uehementer ſuccenſuiſſe audiui, & moleſtè tuli.

Se tu

Se tu non pensi che ci sia l'honor tuo, famene vn presente a me di cotesta cosa.

Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam, illud mihi condones.

Perche ho più caro l'honor tuo, che l'amicitia sua.

Quia mihi tua fama multò antiquior est, quàm illius necessitudo.

Ma io me dò ad intendere (può esser ch'io m'ingannassi) che più tosto questa cosa t'habbi à essere honore, che vergogna.

Sed mihi ita persuadeo (potest fieri vt fallar) eam rem laudi tibi potius, quàm vituperationi fore.

Ex epistola lxxv. Etsi non dubito.

BENCHE *io son certo, che per l'affettion qual mi porti, & per l'amicitia nostra, che tu ti ricordi di chi t'ho raccomandato, nientedimeno assai & assai ti raccomando Donato.*

Etsi non dubito pro tua in me obseruantia, proque nostra necessitudine quin commendationem meam memoria teneas, tamen etiam atq; etiam Donatū tibi commendo.

Ex epistola lxxvj. Etsi non dubito.

BENCHE *non dubito che la mia prima raccomandatione molto appò di voi vaglia, nientedimeno io scriuo questo per fare a modo di Titio nostro*

ſtro amiciſſimo.
Et ſi non dubito, quin apud te mea commendatio prima ſatis valeat, tamen id ſcripſi Titio familiariſſimo obſecutus.

Ex epiſtola lxxvij. Tantæ mihi.

Io *ho ſi grande cagione d'eſſere amico à Titio, che nõ potriamo eſſer più ſtretti amici, che ſiamo noi.*
Tãtæ mihi cũ Titio cauſſæ neceſſitudinis sũt, ut nihil poſſit eſſe cõiũctius, quàm nos inter nos ſumus.
Se harò queſto da uoi, penſarò che m'habbiate fatto grandiſſimo ſeruigio.
Id ſi à uobis impetrabo, ſummo me beneficio affectum arbitrabor.

Ex epiſtola lxxviij. Cum his temporibus.

DIONISIO *mio ſeruidore, ilquale ha tenuto in mano la mia libraria, che vale molti danari, hauẽdo tolti molti libri ſi è fuggito.*
Dionyſius ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum nũmorum tractauit, cum multos libros ſubripuiſſet, aufugit.

Ex epiſtola lxxix. Democritus.

OFFERISCE *à Titio d'hauer à fare ogni coſa per amor mio.*

Polliceare Titio, omnia te facturũ mea caussa.

Ex epistola lxxx. Etsi te scire.

TE *prego che tu habbi da far grãde l'honore di lui presẽte, et habbi da difẽdere la causa de l'uno e l'altro*
Vt illius dignitatem præsentis ornes, rem utriusq; defendas, te rogo.

EX LIBRO DECIMOQVARTO, in epistola prima, Quæ incipit.

Ex litteris multorum.



MADONNA *Laura d'Armãni, secondo il dir di molti, è molto virtuosa.*
Omnium sermone, incredibilis est Lauræ Armannæ virtus.
Che dirò io di Cicerone? ilquale come incominciò ad intendere, e discernere, ha riceuuto fastidiosissimi dolori, e tribulationi.
Quid ego de Cicerone dicam? qui cùm primũ sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriasq; percepit.
Di tutto questo ne son stato io colpa.
Hæc omnia sunt mea culpa commissa.
Planco persona molto cortese me vuole con esso lui.
Plancus homo officiosissimus me cupit esse secum.
Se gli amici saranno quelli, che doueriano essere, non mancaranno danari.

Si erunt in officio amici, pecunia non deerit.

Ex epiſtola ſecunda. Noli putare.

NOTTE *e giorno, ſempre mi ſtai auanti gli occhi.*
Mihi ante oculos dies noctesq; verſaris.
So che tu pigli ogni fatica, ma dubito che tu nō la poſ ſi ſopportare.
Omneis labores te excipere uideo, timeo ne ſuſtineas.

Ex epiſtola tertia. Accepi ab Ariſtocrito.

HO *gran cordoglio il mio Panfilo, ne più faſtidio mi piglio di miei guai, che di tuoi.*
Conficior mærore, nec meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ.
Io per tal cagione ſtò à Napoli, acciochè io intenda ſubito quel che ſi fa.
Ego eo nomine ſum Neapoli, ut quàm celerrimè quid agatur, audiam.

Ex epiſtola quarta. Ego minus.

POI *che ne Dio, qual ſempre ho riuerito, ne gli huomini, quali ſempre ho mantenuto, mi hanno rimeritato di quel che ho fatto, perdo di tutte coſe ogni ſperanza.*
Quando neque Deus, quem caſtiſſimè colui, neque

homines, quos ego seruaui semper, mihi gratiam retulerunt, omnia despero.

Antonio non si è curato nè della robba, nè della vita per saluarmi.

Antonius, periculum fortunarum, & capitis suis pro mea salute neglexit.

Dio ci faccia gratia che qualche giorno possiamo costui rimeritare.

Huic utinam aliquando gratiam referre possimus.

Pēsa ch'io mi dò più fastidio de' tuoi guai, che di miei.

Sic existimes, vehementius me tua miseria, quàm mea commoueri.

Ex epistola quinta. Si tu, et Tulia.

VORREI, *possendosi fare con sanità tua, che con fretta, & prestamente ci uenissi incontra, quanto più discosto potrai.*

Tu uelim, quod cōmodo ualetudinis tuæ fiat quàm longissimè poteris, obuiam nobis prodeas.

Ex epistola sexta. Nec sæpe est.

NON *hauemo sempre per chi scriuere.*

Nec sæpe est, cui litteras demus.

Ex epistola septima. Omneis molestias.

HO *speranza che in tal maniera siano queste facende, che assai commodamente spero ritrouarmi*

mi costì.

Eiusmodi spero negocia esse, ut & me istic commodissimè sperem esse.

Ex epistola octaua. Si vales bene est.

MI *è stato scritto, che subito t'è uenuta la febre.*

Scriptum est mihi, te in febrim subitò incidisse.

Ex epistola nona. Ad cæteras meas.

AGLI *altri miei guai mi ci è aggiunto il dolore, che Antonio, e la moglie si sono ammalati.*

Ad cæteras meas miserias, accessit dolor ex Antonij valetudine, & vxoris.

Ex epistola x. Quid fieri.

Io *ho scritto à Pomponio piu tardo che non è stato di bisogno.*

Scripsi ad Pomponium serius quàm oportuit.

Ex epistola xj. Si vales.

E' *Venuto per difetto mio, che Titio sia in altro stato, che non merita la sua diuotione, e dignità.*

Nostro commissum est uitio, vt longè alia in fortuna Titius esset, atque eius pietas, ac dignitas postulabat.

Ex epiſtola duodecima. Quòd nos.

IN *quanto te rallegri, che ſani e ſalui ſiamo venuti nell'Italia, uorrei che tale allegrezza duraſſe.*
Quòd nos in Italiam ſaluos ueniſſe gaudes, perpetuò gaudeas uelim.

Ex epiſtola tertiadecima. Quod ſcripſi.

IN *quanto ti ho ſcritto per una mia poco fa di rimãdare il meſſo, non ſo quel che ſi conuenga fare.*
Quod ſcripſi ad te proximis diebus litteras de nuncio remittendo, quid faciendum ſit ignoro.

Ex epiſtola quartadecima. Si vos ualetis.

È *da dubitarſi grandemente, che in Roma non habbia da eſſere una grandiſſima careſtia.*
Etiam illud uerendum eſt, ne breui tempore fames ſit in urbe.
In concluſione ſtate tutti di bona uoglia.
Ad ſummam omnes animo forti ſitis.

Ex epiſtola quintadecima. Si uales bene eſt.

NOI *habbiamo mutato propoſito.*
Nos conſilium mutauimus.

Ex epiſtola decimaſexta. Si uales etſi.

TITIO *doueua eſſer piu corteſe verſo di te, che nõ è ſtato.*
Titius debuit in te officioſior eſſe, quàm fuit.
Queſta coſa in tal maniera mi ha dato faſtidio, che m'ha dal mio parere in tutto diſtolto.
Id me ita confecit, quod de mea ſententia detruſit.

Ex epiſtola xvij. Si quid haberem.

SE *haueſſi qualche coſa da ſcriuerti, te ſcriueria piu in lungo, e piu ſpeſſo.*
Si quid haberem, quod ad te ſcriberem, id pluribus uerbis & ſæpius.

Ex epiſtola xviij. Conſiderandum uobis.

IO *veggio che tutte perſone da bene, ſon fuora di Roma, & che hanno con eſſo lor le lor donne.*
Video omneis bonos abeſſe Roma, & eos mulieres ſuas ſecum habere.

Ex epiſtola decimanona. In maximis.

TRÀ *tanti miei faſtidij mi da gran paſſione la infermità di Titio.*
In maximis meis doloribus excruciat me vale-

tudo Titij.

Ex epiſtola xx. In Tuſculanum.

PENSO *di ritrouarmi in Salerno alli cinque, o alli ſei di Settēbre, fa di gratia che ui ſia apparecchiato ogni coſa.*

Salernū me venturū puto, aut nonis Septembris, aut poſtridie, ibi fac vt ſint omnia parata.

Verranno forſe con noi molti, e come penſo ui ſtaremo alquanto.

Plures enim fortaſſe nobiſcum erunt, & ut arbitror, diutius ibi commorabimur.

Ex epiſtola vigeſimaprima. Si vales: da operam.

ATTENDI *di ſtar ſempre ſano.*

Da operam vt conualeſcas.

Ex epiſtola vigeſimaſecunda. Si vales: Nos.

NOI *ogni giorno aſpettamo gli voſtri cauallari, liquali venendo ſaperemo meglio che habbiamo da fare.*

Nos quotidie tabellarios veſtros expectamus, qui ſi venerint fortaſſe erimus certiores, quid nobis faciendum ſit.

Ex epiſtola vigeſimatertia. Si vales: Redditæ.

NON *ſo ſi ho d'andare incontra à Titio, o l'habbia d'aſpettar quì.*

Titio

Titio utrum obiuam procedam, an hic eum expe-ctem, ignoro.

Ex epiſtola xxiiij. Si vales nos neque.

S'io qualche coſa intenderò di certo, ſubito te ne darò auiſo.

Si quid erit certi, faciam te ſtatim certiorem.

EX LIBRO DECIMOQVINTO, in epiſtola prima, Quæ incipit.

Si uos, & ſi.

INTESA *queſta nuoua, eſſendo molte perſone, che à Titio diceuano non douerſegli preſtar ſede, deliberai aſpettar, ſe qualche coſa piu certa ſentiſſi.*

Hoc allato nũcio, cum eſſent nonnulli, qui Titio minorem fidem habẽdam putarent, ſtatui expe-ctandum eſſe, ſi quid certius afferretur.

Io ho inteſo che Antonio ha buono animo, & è amico della noſtra Republica.

Audiui Antonium beneſentire, amicumque eſſe Reip. noſtræ.

Inteſe queſte coſe, viddi che queſti noſtri confederati debolmente erano inanimati.

His rebus allatis fœderatos infirmè animatos eſſe perſpexi.

Voi ſapete molto bene come mi habbiate mãdato for-

nito

nito, & con che guardia, à quel che si diceua in co testa gran guerra.

Nos quemadmodum instructos, & quibus præsidijs munitos ad tanti belli opinionem miseritis nō estis ignari.

Ex epistola secunda. Si vos cum pridie.

H o *giudicato esser debito mio, & vtile alla communità, porre in ordine quelle cose, lequali si fanno per il campo.*

Conuenire officio meo, Reipub. conducere putaui, parare ea, quæ ad exercitum, quæq; ad rem militarem pertinerent.

Ex epistola tertia. Cum ad me.

I o *pensaua per lettere di Titio hauersi da fare intendere ogni cosa certa al Senato.*

Titij litteris omnia certiora perlatum iri ad Senatum putabam.

Ex epistola quarta. Summa tua.

I ò *ho leuato di debito Titio.*

Titium ære alieno liberaui.

Per vna mia ho ringratiato Titio, & che questo facesse presto gli ho persuaso.

Egi Titio per litteras gratias, idq; vt maturaret, horta-

hortatus sum.

Con la cauallaria, & con la fantaria, non solamente ho dato aiuto, ma ancora la uita à Titio.

Equitatu, & peditatu, nedum præsidio, sed Titio saluti fui.

Io era discosto da Roma una giornata, quando riceuei una delle tue.

Aberam Roma iter unius diei, cum tuas accepi (litteras.

Io ne uerrò con esso teco alla domestica.

Agam iam tecum familiariter.

Ex epistola quinta. Quod, & Respublica.

D I *queste cose per questo io piu in lungo, che non era la mia usanza, te n'ho scritto.*

Hæc ego idcirco ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut, quod maxime uolo, existimes me laborare.

Ex epistola sexta. Lætus sum.

C E R T O *quella lode diletta e piacque, laqual risulta da chi è uissuto in lode, & honore.*

Ea est enim profectò iucunda laus, quæ ab his profi ciscitur, qui ipsi in laude uixerunt.

Ex epistola septima. Te & pietatis.

N O I *quali discosti siamo, con uere e giuste lodi insino al cielo te inalzamo.*

Nos

Nos quidem longinqui ad cœlum mehercule te tollimus verissimis, ac iustissimis laudibus.

Io pensarò d'hauer hauuto ogni cosa per tuo mezzo.

Omnia me per te consecutum putabo.

Ex epistola octaua. Maxima sum.

DESIDERO *che gli Dei ti faccino veder bene di cotesta dignità.*

Honorem istum tibi Deos fortunare volo.

Ex epistola nona. Marcellum tuum.

HO *sempre visto tutta la uostra casata hauer molto bramato e desiderato la mia vita, e honore.*

Totam domum uestram uel salutis, uel dignitatis meæ studiosissimam, cupidissimamq; cognoui.

Mi farai piacere se da parte mia te rallegrarai con Lucretia donna dignissima, e da bene.

Gratum mihi feceris, si Lucretiæ grauissimæ atque optimæ fœminæ meis verbis eris gratulatus.

Ex epistola x. Quando id.

TE *mandaria particularmente coloro, dalliquali tu conosci che oltramodo me si uuol bene, se fosse dibisogno.*

Allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi, si necesse foret.

Tu

Tu niente manco di ciaſcun di tuoi mi hai amato.
Neq; tu in me diligendo, cuiquã conceſſiſti tuorũ.

Ex epiſtola xj. Quantæ tibi curæ.

IMPORTA *aſſai, à chi habbi d'hauer obligo.*
Magni intereſt, cui debeas.
A niuno ho uoluto eſſer più obligato che à te.
Debere nemini malui, quàm tibi.

Ex epiſtola xij. Etſi mihi nunquam.

DI *gratia ti prego che non mi facci far torto, ne mi facci dilungare più d'un'anno queſto officio.*
Magnopere à te peto, vt operam des, ne quid mihi fiat iniuriæ, ne'ue quid temporis ad meum annuum munus accedat.

Ex epiſtola xiij. Maxime mihi fuit.

NON *ſo da che cauſi, che tu ſempre mi poſſa far grã de, & io non habbia niente da rimeritarti ſe non la volontà.*
Fato neſcio quo contingat, ut tibi ad me ornandũ ſemper detur facultas, mihi ad remunerandũ nihil ſuppetat præter voluntatem.

Ex epiſtola xiiij. Marcum Fabium.

SON *già molti anni che lui è tutto mio.*
Multi enim anni ſunt, cum ille in ære meo eſt.

Di

Di questo in tal maniera io te ne prego, che ogni mio bene io penso essere in questo.
Hoc à te ita contendo, vt in eo fortunas meas positas putem.

Ex epistola xv. Etsi uterq;.

D I O *volesse ch'io fatto hauessi à modo di quelle prime lettere, lequali da Nocera mandasti.*
Vtinã primis illis, quas Luceria miseras, paruissẽ.

Ex epistola xvj. Puto te iam.

P E N S O *che alquanto ti deui uergognare, hauendoti già io tre volte scritto, auanti che tu habbi mandato una polizetta, ouero vna letterina.*
Puto te iam suppudere, cum hæc te tertia iam epistola ante oppressit, quàm tu schedulam, aut litteram miseras.
S'io hauessi sempre per chi te scriuere, ancora tre lettere per hora te scriueria.
Ego si semper haberem cui darem, vel ternas in horas darem.

Ex epistola xvij. Præposteros habes.

T V *hai li tuoi cauallari estraordinarij, benche à me nulla mi fa, nientedimeno quando si partono mi domandono che io scriua, quando vengono*

no non portano alcuna lettera.
Præposteros habet tabellarios, & si me quidem nõ offendunt; sed tamen cum à me discedũt, flagitant litteras cum ad me ueniunt, nullas afferunt.

Ex epistola xviij. Longior epistola.

NOI *nõ hauemo altro passatempo in questi fastidij.*
Aliam aberrationem à molestijs nullam habemus.

Ex epistola xix. Non mehercule.

QVANTO *desideraria sapere, si o nò, tu leggi queste cose con fastidio, ò senza.*
Hui quàm uelim scire utrum ista solicito animo, an soluto legas.

Ex epistola xx. Oratorem meum.

ACCIO' *più patientemente noi habbiamo à soppor tare questo fuoco di desiderio di uederti, scriueci spesso.*
Quò tollerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos litteris appellato.

Ex epistola xxj. Etsi epistolam.

VNA *sola consolatione me lassa, che'l desiderio de noi due, quali l'un da l'altro discosti siamo, si*
habbia

habbia da mitigare col spesso & lungo scriuere.
Vnam mihi consolationem relinquis fore, vt utriusque nostrum absentis desiderium, crebris, & longis epistolis læniatur.

EX LIBRO DECIMOSEXTO, in epistola prima, Quę incipit.

Vide quanta in te.



I *piaceria, ò saria di parere, se stessi meglio, che tu te ne uenessi à Salerno, per ristorarti à fatto.*
Mihi placeret, si firmior esses, ut te Salernum deportares, ut ibi planè confirmares.
Voglio piu presto un poco dapoi uederti sano, che subito uederti debole.
Malo te paulò post valentem, quàm statim imbecillum uidere.

Ex epistola secunda. Septimum iam.

GOVERNATI *adunque, & ribabbiti.*
Cura igitur te, & confirma.
Noi ci ritrouamo à Cortona.
Cortonæ nos tenemur, vel sedemus.

Ex epistola tertia. Paulò facilius.

DATTI *questo ad intendere, se con l'agio del tuo ben stare, si può fare ch'io non uoglio cosa alcuna*

na

na più che ti ritroui con me.
Tu autē hoc tibi persuade, si commodo ualetudinis tuæ fieri possit, nihil me malle, quàm te esse mecū.

Ex epistola quarta. Non queo ad te.

HAVEAMO *fatto tre giornate da costì da te a Salerno.*
Tertio die abs te Salernum accesseramus.

Ex epistola quinta. Nos apud.

IO *sospesamente ti aspetto.*
Ego suspenso te animo expecto.

Ex epistola sexta. Varie sum.

PREGOTI *che insinche non stai bene, non te ponghi a nauigare, nè in viaggio.*
Te oro, quin quò ad planè valeas, te neq; nauigationi, neq; viæ committas.
Di gratia non sparmiare cosa alcuna.
Te rogo sumptui ne parcas vlla in re.

Ex epistola septima. Tertiam ad te.

T'HO *scritto queste cose per seruar l'ordine mio.*
Hæc ad te scripsi, instituti mei tenendi caussa.
Per tutti coloro, quali uengono in Italia me scriuerai

come io non manco per chi uiene costì à Salerno.
In Italiam eũtibus omnibus ad me litteras dabis, ut ego, euntem Salernum neminem, prætermitto.

Ex epistola octaua. Magnæ uobis.

NOI *stiamo in grande ansietà di cotesto male.*
Magnæ est solicitudini valetudo tua.
Di gratia non ti por in acqua tanto da lungo, nè in viaggio d'inuerno, se non ti senti molto bene.
Te rogo ne te nauigationi tam longæ, & viæ committas per hyemem, nisi bene firmum.
Titio ti manda mille saluti.
Titius tibi salutem plurimam dicit.

Ex epistola nona. Nos a te.

COLORO *che hanno hauuto troppo fretta di partirsi, molti ne sono pericolati in mare.*
Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt.
Noi, in quel medesimo giorno, come hebbemo cenato, ci partimmo.
Nos, eo die cænati, soluimus.

Ex epistola decima. Etsi oportunitatem.

IO *venni à Roma alli quattro di Genaio, oue in tal maniera me si vscì incontro, che non si posseua far*

più

più honoratamente.

Ego ad vrbē accessi pridie No. Ianuarias, ubi obuiā mihi sic proditum est, ut nihil fieri potuerit honoratius.

Ex epistola xj. Quo in discrimine.

IN *che caso si ritroua la mia uita, tel puoi pensare, che noi habbiamo lassato le nostre cose ad esser saccheggiate, & abbrugiate.*

Quo in discrimine uersetur salus mea, ex eo scire potes, quòd domos nostras uel diripiendas, uel inflammandas reliquimus.

A tal termine noi siamo ridotti, che se qualche Iddio non ci aiuta, noi siam morti.

In eum locum res mea deducta est, ut nisi quis Deus subuenerit, salui esse nequeamus.

Ex epistola xij. Ego uero cupio.

LE *mie letterine sono alquanto deboli per desiderio di fatti tuoi.*

Litterulæ meæ tui desiderio oblanguerunt.

Ex epistola xiij. Egypta ad me.

TITIO *mi ha detto che non hai febbre, & che stai di buona cera.*

Titius mihi nunciauit te planè febri carere, & bellè habere.

Ex epiſtola xiiij. Andricus.

PROMETTASI *al medico quanto premio uuole.*
Medico, mercedis quantũ poſſet, promitti iubeto.
Hora biſogna che tu ſtia bene dell'anima, ſe tu uuoi ſtare ſano del corpo.
Nunc opus eſt te animo ualere, vt corpore poſſis.

Ex epiſtola xv. Omnia à te.

STIMARÒ *che m'habbi dato ogni bene, s'io te vedrò ſano.*
Omnia à te data mihi putabo, ſi te valentẽ videro.

Ex epiſtola xvj. De Tirone.

CREDIME, *che lette le tue lettere, tutto ſon ſtato ripieno d'allegrezza.*
Mihi crede, tuis litteris perlectis, exilui gaudio.

Ex epiſtola xvij. Video quid agas.

FA *che in queſta infermità nõ ti laſſi mancar nulla.*
Cura ut valetudini tuæ fideliter inſeruias.

Ex epiſtola xviij. Quid igitur?

HO *a caro che queſta tua purgatione ti habbia giouato.*

Tibi

Tibi διαφόρησιν gaudeo profuisse.

Fa che torni da noi sano, e di buona cera.

Fac ad nos bellus reuertare.

Ex epiſtola xix. Expecto tuas.

PER *molte cagioni aſpetto le tue lettere, ma molto piu te.*

Expecto tuas litteras de multis rebus, te ipſum multò magis.

Ex epiſtola uigeſima. Solicitat.

COSI *Dio mi preſti uita, come coteſta tua infermità mi dà trauaglio.*

Solicitat, ita uiuam, me tua valetudo.

Ma ho ſperanza che preſto ſarai ſanato.

Sed citò te firmum fore confido.

Ex epiſtola uigeſimaprima. Cum uehementer.

LE *tue delettenoli lettere, m'hanno dato doppia allegrezza.*

Iucundiſſimæ tuæ litteræ cumulum mihi gaudij attulerunt.

Ex epiſtola xxij. Spero ex tuis.

IO *quì non faccio nulla, perche nulla ſcriuo.*

Ego hic ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo.

Ex epiſtola xxiij. Tu vero.

IO *non ti diſtoglierò di coteſte coſe.*
Ab iſtis te rebus non auocabo.

Ex epiſtola xxiiij. Etſi mane.

SE *non puoi cauare tutto il danaro da Titio, uedi al meno cauarne qualche parte.*
Si non potes omnem pecuniam à Titio, partem aliquam ſaltem uelim extorqueas.

Ex epiſtola xxv. Etſi iuſta.

DESIDERANDO *io oltramodo le tue lettere, non fuor di propoſito, che piu preſto tu m'habbi da ſatiar con iſcuſarte che non m'hai poſſuto ſcriuere, che con ſpeſſo ſcriuermi.*
Cum has admodum litteras deſiderem, noli committere, ut excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quàm aſſiduitate litterarum.

Ex epiſtola xxvj. Verberaui te.

QVESTE *mie opere, compoſte a lume di lucerna ho a caro che ſpeſſo le leggi.*
Quod has meas lucubratiunculas frequẽter legas, admodum gaudeo.

Ex epistola xxvij. Mirificam mihi.

CON *la tua epistola tu m'hai dato una gran percossa nella mia poltroneria.*
Mirificam mihi uerberationem cessationis, tua epistola dedisti.

Expliciunt clausulæ ex familiarium epistolarum Ciceronis libris selectæ.

CLAVSVLAE SIMVL ATQVE FLOSCVLI EX CICERONIS ORATIONE PRO LEGE MANILIA SELECTAE.

Auctore Hieronymo Capharo Salernitano.



EMPRE *la presenza delle SS. VV. quì raunate, m'ha molto dilettato, et questo luogo sempre mi è parso assai degno a negotiare, & all'orar molto ornato.*

Mihi semper frequens conspectus vester multò iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus visus est.

Con un tal principio di lode, ilquale sempre a ciascun huomo da bene è stato aperto, non da me stesso, ma il trascorso della uita mia, e studio preso da che fanciullo era, m'ha ritenuto di pigliar tale impresa.

Hoc aditu laudis, qui semper optimo cuiq; maximè patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt hoc onus subire.

Conosco che per essere io in questa età non doueria in cosi degno luogo ancor montare.

Non enim sum inscius per ætatem non dum huius me auctoritatem loci contingere debere.

Sapendo

Sapendo massime che quì non accade dirse cosa se non ben pensata, & con gran diligenza essaminata.

Cum præsertim non ignorem nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere.

Hora hauendo tanta possanza quanto le SS. VV. han concesso alli nostri vfficiali, & all'orare sol tanta facultà, quanto ha possuto dar l'essercitatione nel dire ad uno, qual d'arte oratoria professsion fa, se qualche cosa col dir possa, il farò vedere alle SS. VV.

Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit, quantum uos honoribus mandandum esse uoluistis, & ad dicendum facultatis tantum, quantum oratoriā artem profitenti cuilibet dicendi exercitatio afferre potuit, si quid dicendo consequi possum, uobis potissimum ostendam.

Ragioneuolmente mi ho molto da rallegrare, che mi è rappresentata tal materia, che à niuno può mancare di parlarme sofficientemente.

Plurimum mihi lætandum iurè esse uideo, quòd caussa talis oblata est, in qua oratio nemini deesse potest.

E' cosa piu difficile di posser uenire al fine di questo, che'l comenzare: atteso che non tanto in ciò è da cercarsi l'abondantia nel dire, che'l modo, e stilo.

Huius autem orationis difficilius est exitū, quàm principiū inuenire, itaq; mihi non tā copia, quàm

modus

modus in dicendo quærendus est.

E per cominciare da iui, donde tutta questa causa depende, ui faccio intendere che non sol la robba, ma la uita di tutti ci ua.

Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis caussa ducitur, ne dum de fortunis, uerum etiam de omnium salute agi uobis nuntio.

Hora mi se rapresentata occasione piu che giamai per alcun tempo di farti seruigio.

Nunc quam antea nunquam de te benemerendi oblata est occasio.

Ogni giorno io ho lettere da Cortona.

Quotidie mihi Cortona afferuntur litteræ.

Per l'amicitia quale ho con Romani, mi hanno fatto intendere questa cosa.

Pro necessitudine, quæ mihi est cum Romanis, rem hanc ad me detulerunt.

Antonio è piu temuto che alcuno in questa terra.

Antonius in hac urbe timetur, prætereanemo.

Qui ne ua la uita nostra, e de gl'amici.

Agitur hic & nostra, & amicorum salus.

Con un cenno di una lettera Antonio ha fatto ammazzare, e tagliare a pezzi parecchi Spagnuoli.

Vna litterarum significatione Antonius plerosq; Hispanos necandos, trucidandosq; denotauit.

Il Duca di Milano regnò uentitre anni.

Dux Mediolani annum iam tertium & uigesimũ regnauit.

Il gran Turco ha posto in punto una grãde armata in

mare,

mare, & un grosso essercito per terra.

Summus Turcha maximas ædificauit, ornauitq́; classes, exercitusq́; per magnos comparauit.

Da uno essercito di nimici si fa guerra per mare, & per terra.

Ab unis hostiũ copijs terra, mariq; bellũ geritur.

Acciò la uera lode con il mio parlare defrodata non sia, ne da me falsamente introdotta, egli è unico a questa impresa.

Ne uera laus detracta oratione nostra, falsa efficta uideatur, ad prouinciam hanc obeundam est ipse præcipuus.

Perche in tal maniera è del mio parlare il principio, considerate che cosa è la fantasia nostra.

Quoniam is est exorsus orationis meæ, uidete quẽ uobis animum suscipiendum putetis.

L'Imperadore l'ha presa per una parola ch'è stato offeso il Vicere, & noi lassiamo passare senza alcuna pena, che ci ha fatto Titio?

Imperator ius Proregis uerbo uiolatum persecutus est, nos Titium inultum relinquemus, qui grauiter offendit?

Di Antonio persona, nella quale si trouano tutte uirtù, malamente se ne priuano i Fiorentini.

Antonio uiro, in quo summa sunt omnia, ægrè Florentini carent.

Hauemo inteso che gl'assalti delli inimici sono stati retardati.

Agressus hostium repressos esse ac retardatos accepi-

cepimus.

Quì non possiamo parlar alla libera.

Hic nobis liberè loqui non licet.

Li Spagnuoli quantunque ci difendano da Francesi, nientedimeno la lor venuta in terra di Lauoro, non è molto differente di quello che ci fanno gl'inimici.

Hispani licet nos à Gallis defendãt, ipsorum tamen aduentus in Campaniam, non multum ab hostili expugnatione differt.

Terra di Lauoro è tanto grassa, & fruttifera, che si cõ l'abondantia del paese, e vary frutti, si per li gran pascoli, e moltitudine di quelle cose, che vanno in mercantie, ageuolmente sopr'auanza tutti paesi.

Campania tam opima est, & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellit.

Quantunque gl'inimici non troppo son discosti, ancora che non si faccia qualche correria, nientedimeno si lassa il bestiame, non si lauora la terra, e non si trafica per mare.

Et si hostium copiæ non longè absunt, etiam si irruptio nulla fiat, tamen peccora relinquuntur, agricultura deseritur, & mercatorum nauigatio conquiescit.

Onde spesso si perde l'intrata d'vn'anno con vn sol sentir di pericolo, e spauento di guerra.

Quare totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur.

Vna

Vna correria di caualli ce potria torre tutta l'entrata di vn'anno.
Vna excursio equitatus totius anni vectigal auferre posset.
Le persone d'assai, e industriose, sempre si traficano.
Homines gnaui, & industrij, semper negotiantur.
Tocca a voi quali sete cortesi, di torre tanto male alla maggior parte di uostri compatrioti.
Est humanitatis vestræ, magnum vestrorum ciuiũ numerum calamitate prohibere.
Tocca à uoi qual sete sauij, saper che la comunità ancor ne sente danno, ouer ne pate, quando molti cittadini ne patino.
Est sapientiæ vestræ videre multornm ciuium calamitatem à Repub. seiunctam esse non posse.
Molti mercanti non hauendo possuto riscotere, hanno perso il credito.
Solutione impedita multorum mercatorum fidem concidisse videmus.
Nõ põno molti in vna città perder la robba, e cio che hanno, che non ne patino ancora con lor molti.
Non enim possunt una in ciuitate multi rem, atq; fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.
Mitridate scampò dalle mani di Lucullo, mentre gli suoi soldati attẽdeuano à dar à dosso al suo tesoro.
Mitridates è Luculli manibus effugit, dum eius milites maximam uim auri, atq; argenti colligunt.
Tigrane diede animo à Mitridate, quale perdeua la
speranza

ſperanza del ſatto ſuo, & tribulato il conſolò, & rouinato lo riſece.
Mithridatem diſſidentem rebus ſuis, Tigranes confirmauit, & afflictũ erexit, perditumq; recreauit.
Titio, al quale Antonio mai pensò fare ingiuria, ò diſpiacere, ha hauuto gran paura.
Titio, quem nunquam Antonius neque laceſſendũ iniuria, neq; tentandum putauit, magnus iniectus eſt timor.
Antonio deſidera piu toſto ritornar preſto da queſti luoghi, che andar più oltre.
Ex his locis ab Antonio reditus magis maturus, quàm proceſſus longior quæritur.
Molte coſe à poſta laſſo paſſare, ma uoi uel poſſete indouinare, quanto habbia da eſſere queſta guerra.
Multa prætereo conſultò, ſed ea uos coniectura perſpicitis, quantum ſit bellum futurum.
Reſta di dire, che Capitano ſi ha da fare à queſta guerra, e chi ſi ha da proporre à ſi gran coſa.
Reſtat, vt de Imperatore ad id bellũ diligendo, ac tantis rebus præficiendo dicendum eſſe uideatur.
Voi hauete molte perſone uirtuoſe, e da bene.
Vos uirorum fortium, atque innocentium quàm maximam habetis copiam.
Titio è perſona che non ſolo ha auanzata la gloria di quelle perſone, che hoggi ſi ritrouano con la ſua uirtù, ma ancora quel che ſi dice de gli antichi.
Titius non modò eorum hominum, qui nunc ſunt, gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam virtute ſupe-

te superauit.

Che cosa ui può tener sospeso?

Quæ res animum uestrum in hac caussa dubium facere potest?

Quattro cose bisogna che habbi un gran Capitano: che s'intenda della guerra, che sia animoso, persona di riputatione, & habbia buona sorte.

In summo Imperatore quatuor inesse oportet, scientiam rei militaris, uirtutem, auctoritatem, fælicitatem.

Qual parlar trouar si può conforme, qual raccontar possa la uirtù di Titio?

Virtuti Titij, quæ potest par oratio inueniri?

Chi potria mai dir cosa degna di lui, ò che à uoi cosa nuoua fosse, ò che mai da ciascuno odita?

Quid est, quod quisquam aut dignum illo, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum possit afferre?

Chi mai, ò per far qualche facenda, ò per cagione di guadagnare quì uerrebbe?

Quis enim vnquam aut obeundi negotij, aut consequendi quæstus studio, huc accederet?

Ancora il mare non è buono à nauigare.

Nondum tempestiuum est ad nauigandum mare.

Li Spagnuoli si vogliono arrendere alli Francesi.

Hispani volunt se dedere Gallis.

Tu non ti affronti col mio parlare.

Tu ab oratione mea dissentis.

Il tuo parlare non ha hauuto luogo.

Obsoleuit tua oratio.

Tu l'hai detto per bene, e non per male questo.

Id bono animo, & non malo dixisti.

Tu attendi a pelare questi poueretti.

Tu ad expilandos hos pauperes studes.

Questo dopò che l'huomo si ricorda, mai più è stato visto.

Hoc in omnibus hominibus nouum post hominum memoriam constitutum est.

Non hauer paura che alcun ti faccia forza.

Ne cuiusquam vim, aut minas pertimescas.

In non faccio questo per hauer la gratia di Titio.

Non id facio, quò Titij gratiam mihi conciliari putem.

ELOCVTIONES ATQVE CLAVSVLAE EX

Ciceronis oratione pro Archia atq; è septem accusationis libris in C. Verrem.

Auctore Hieronymo Capharo Salernitano.



E qualche cosa io so, benche so poco, volentiere uel compartirò.
Siquid est in me ingenij, quod sentio quàm sit exiguum, libenter illud uobis impartiam.
Io non nego in questo hauerui dato alquanto opera.
In hoc non inficior mediocriter me esse uersatum.
Se qualche uia del bel dire ho acquistato per il mio studiare, dal quale è certo che mai mi son diuertito, da te si conoscerà.
Si qua dicendi ratio ab optimarum artium studijs, & disciplina profecta est, à qua ego nullũ confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse, facilè perspicies.
Di ciò che ho, piu che ad ogni altro, ne ho obligo ad Antonio.
Mearum rerum omnium uel in primis Antonius fructum à me repetere suo iure debet.
Per quanto ricordar mi posso del passato tempo, e da quello considerare, ueggio che Antonio è stato ca-

gione dì farmi imparare quel ch'io sò.

Quò ad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, inde usque repetens, Antonium video principem mihi, & ad suscipiendã, & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse.

Se'l dir mio, insegnato à me da Francesco, per alcun tempo ha giouato ad alcuno, certo per quanto io posso, e uaglio debbo aiutar colui, per ilquale ho che posso aiutar gl'altri.

Quòd si uox hæc Francisci hortatu, præceptisq; conformata, nonnullis aliquando profuit, à quo id accepi, quo cæteris opitulari possem, huic profectò ipsi, quantum est situm in me, opem ferre debeo.

Se alcun per sorte si marauiglia che in tal guisa da me questo si dica, essendo Antonio d'altra professione che non son io, non hauendo lui arte oratoria, sappia questo.

Si quis mihi hoc dici fortè miretur, quod alia quædam in Antonio facultas sit ingenij, neque hæc dicendi ratio, aut disciplina, id intelligat.

Tutte l'arti liberali son legate insieme, & son quasi tra lor parenti.

Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune uinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur.

Acciò non ti marauigli che questa lite trattandosi a corte, io habbia fatto il mio auuocato a Perugia, sappi che non l'ho fatto senza ragione.

Ne tibi mirum esse uideatur, quod cum res in iudicio publico agatur, mihi Perusiæ legerim patronũ, id non iniuria factum intelligas.

Per esser quì raunate tante persone da bene, & essendoui si gran moltitudine di gente, vsarò questa sorte di dire, quantunque paia fuor de l'ordinario del dire.

In tanto hominum conuentu, tantaque frequentia clarissimorum uirorum, hoc vtar dicendi genere, licet ab orandi consuetudine abhorrere uideatur.

Vi prego mi diate questa licentia, qual fa per costui, ilqual è accusato à corte, e come spero a uoi nulla noia sarà.

Quæso à uobis, vt mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo, quemadmodum spero uobis non molestam.

Che me lassate dire un poco piu liberamente di queste lettere humane.

Vt patiamini de studijs humanitatis, ac litterarũ paulò loqui liberius.

Ilche se mi concederete, ui farò uedere, che Antonio non solamente è da tenersi tra il numero di letterati, essendo letterato: ma ancora quantũque non fosse, è degno d'esserui numerato.

Quod si mihi tribui, concediq; sentiam, perficiam profecto vt Antonium non modo, non segregandũ, cum sit litteratus, a peritissimorum numero, uerũ etiam si non esset, putetis asciscendum fuisse.

Imperoche subito che lui hebbe passato il tempo della

pueritia, è queste lettere d'humanità, dellequali so gliono hauer principio dell'imparare li fanciulli, si diede al comporre.

Nam vbi primũ ex pueris excessit, atq; ab ijs arti bus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit.

Primieramente lui essendo nato a Pauia luogo famo so, città già fu molto popolata, e piena di ualenti huomini, & di buone lettere, venne à vn tratto più ualente, & eccellente di tutti.

Primum Ticini (nam ibi natus est) loco nobili, & ce lebri quondã vrbe, & copiosa, & eruditissimis ho minibus, liberalissimisq; studijs affluenti, celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit.

Talmente che la buona opinione d'un tal huomo era più che la sua dottrina, & honoreuole marauiglia era più che il disio della sua uenuta.

Ita vt famam ingenij expectatio hominis, expecta tionem, ipsius aduentus, admiratio superaret.

Nel tempo di Mecenate le lettere erano in maggior pregio, che non sono al dì d'hoggi.

Ea Mæcenatis tempestate, studia hæc uehementius colebantur, quàm nostro hoc tempore.

Li Cortonesi uedẽdo Francesco persona degna d'essere conosciuta, & accarezzata, l'han fatto cittadino.

Cortonenses cum Franciscum cognitione, & hospitio dignum existimarent, ciuitate donarunt.

Onde per tãto buõ nome, essẽdo per tutto conosciuto, uẽne à Cortona, essẽdo Gouernatore Filip. Venuti.

Qua-

Quapropter tanta celebritate famæ, cum esset tam absentibus notus, Cortonam venit, Prætore Philippo Venutio.

Essendo giouane fui riceuuto in casa di Messer Antonio Ridolfini.

Cum esset prætextatus, Antonius Ridolphinus eũ domum suam recepit.

Antonio altramodo mi piace, & diletta.

Admodum est mihi iucundus Antonius.

Son molti giorni già ch'io ho fatto la mia vita con (Lucio.

Plurimos iam dies cum Lucio uixi.

Gia molto tempo ho hauuto strettissima amicitia con la casata di Casari.

Totam Capharorum domum deuinctam consuetudine iam diu tenui.

Dalla quale sempre io certo son stato pregiato, estimato.

Abs qua summo equidẽ honore semper affectus sui

Dopo alquanto tempo ch'io praticai con Cipriano, da lui corruciatamente mi partì.

Interim satis longo interuallo cum Cipriano uersatus, ab eo tandem subiratus decessi.

Antonio parendoli meritare il beneficio di san Giouanni da se stesso, nientedimeno per il fauor di Liuio all'ultimo l'ha hauuto.

Antonius cum per se dignus putaretur, Tum Liuij gratia diui Ioannis sacerdotium est assecutus.

Secondo la legge di Sillano, & di Carbone, se alcuno era fatto cittadino di alcuna terra confederata a

Romani, godeuano di quelli il priuilegio.

Syllani, & Carbonis lege, si qui fœderatis Quiritium ciuitatibus ascripti essent, eorum munere uti licebat.

Qual cosa di questa si può da te rifutare?

Quid horum infirmari abs te potest?

Vi è testimonio Messer Bernardino persona riputata, e degna, qual non dice che cosi il credi, ma che il sa: non che l'ha udito, ma che l'ha uisto: non che ui sia ritrouato, ma che lui ha negotiata, questa cosa.

Adest uir summa auctoritate Bernardinus, qui se non opinari, sed scire; non audiuisse, sed uidisse; nõ interfuisse, sed egisse dicit.

Tu dimandi il registro di Cortona, il qual sai che nel tempo delle parti si perse, essendo stato abrugiato doue si repongono le scritture.

Tu tabulas Cortonensium publicas desideras, quas, bello ciuili incenso tabulario, interijsse non ignoras.

E' cosa da far ridere, non rispondere a quel che sei dimandato, & dire quel che non ti ricerco.

Est enim ridiculum ad interrogata nihil respondere, quodq; non quæritur, illud dicere.

Spesse uolte suole auuenire che le scritture se falsificano da scriuani.

Sæpe usu eueneri solet, a scribis tabulas deprauari.

Io m'ho posto in fantasia di uiuere, & morire a Roma.

Sedem

Sedem omnium rerum, ac fortunarum mearum Romæ collocaui.

Essendo state le scritture di Mariano mal tenute, molte se ne son perse.

Cum Mariani tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur, perierunt multæ.

Per esser stato uno scancellato, si è persa la fede di questo registro.

Publica hæc tabula amisit fidem, unius nominis litura.

Questi gran maestri sol per lor gratia, anchora à chi non ha uirtù, o a chi poco vale, sogliono donar dignità, o dare de gl'usficij senza pagamento.

Hi summi principes nulla, uel humili aliqua arte præditis, gratuito dignitates impertiuntur.

In Firenze s'è fatto il catasto di tutti cittadini, essendo gouernatore Titio.

Prætore Titio, Florentini ciues censi sunt.

Mutio ha hauuto la heredità di Fabritio.

Fabritij hæreditatem Mutius adijt.

Se tu mi dicessi, perche tãto mi piace Antonio, & perche si grãdemẽte per lui la piglio, per le sue uirtù.

Si quæres, cur Antonio tãtopere delecter, quamq; uehementer de eo contendã, eius (inq;) uirtutibus.

Io mi son in tal maniera dato à queste lettere, che sempre penso porre qualche cosa fuora.

Hisce ita sum litteris deditus, ut in aspectum, lucemq; proferre aliquid id assiduè contendo.

Io son uissuto tanti anni che mai alcun riposo, piace-

re, ò pigritia, ò ſonno dal ſtudio m'ha diſtolto.

Tot annos ita viuo, vt ab his ſtudijs, nullo me vnquam tempore aut commodum, aut ocium meum abſtraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique ſomnus retardarit.

Quanto tempo gli altri pongono à fare le lor facende, a far feſte, & a gli altri piaceri, & a gli altri banchetti continui, e finalmente alle carte, alla palla, io pongo ad eſſercitarmi in queſti ſtudij.

Quantum ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies, ludosùe celebrandos, quantum ad voluptates, quantum alij tribuunt intempeſtiuis cõuiuijs, quantũ deniq; aleæ, quãtũ pilæ cõceditur tẽporis; tantũ mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumo.

Per quanto io poſſo, & vaglio non ſon mai per mancare alli biſogni de gli amici.

Quantacunque in me eſt facultas, nunquam amicorum periculis deerit.

Quando io ſon ſtracco dal tumulto di ſcolari, Cicerone mi da qualche conſolatione.

Cum diſcipulorum ſtrepitu ſum defeſſus, Cicero mihi ſuppeditat.

Qualche uolta noi ci paſſiamo con il comporre qualche uerſo.

Interdum uerſuum compoſitione animum relaxamus.

Se dalla mia fanciullezza, con l'imparare da molti, non haueſſi giudicato niuna coſa in queſta uita douerſi deſiderare ſe nõ l'honore, e la uirtù, e per ac-

quiſtar

quiſtar quella douerſi ſar poco conto di tutti martirij del corpo, de tutti pericoli della morte, e del bando, mai poſto mi ſerei in tanti perigli.

Nam niſi multorum præceptis, multisq; litteris mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in uita magnopere expetendum, niſi laudem, atque honeſtatem, in ea autem proſequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atque exilij parui eſſe ducenda, nunquam me in tot, ac tanta periculа obieciſſem.

Tutte coſe ſarebbono perſe, ſe le lettere non foſſero.

Omnia iacerent in tenebris, niſi litterarum lumen accederet.

Quāte ſtatue fatte di uirtuoſiſſime perſone, li ſcrittori ſi Greci, come Latini ci hanno laſſato non ſolo à riguardarle, ma ancora ad imitarle.

Quàm multas nobis imagines non ſolum ad intuendum, uerumetiam ad imitandum fortiſſimorum uirorum expreſſas, ſcriptores & Græci, & Latini reliquerunt.

Conoſco molte perſone eſſer ſtate d'aſſai, et uirtuoſe sē za lettere, cū un diſcorſo quaſi diuino della natura.

Ego multos homines excellenti animo, ac uirtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu propè diuino fateor.

E di piu ui dico, che ſpeſſo un buon naturale ſenza lettere, che le lettere ſenza un buon naturale han poſſuto farſi honore.

Etiam illud adiungo, ſæpius ad laudem, atque uirtutem

tutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura ua luiſſe doctrinam.

Ma dico ben queſto, che quando vi è ancora vn certo buon volere cõ le lettere à una buona, e nobile natura, all'hora non ſo che coſa degna vi ſuol eſſere.

Atque idem contendo, cum ad naturam eximiam, atq; illuſtrem acceſſerit ratio quædam, confirmatioq; doctrinæ, tùm illud neſcio quid præclarum, ac ſingulare ſolere exiſtere.

Se le perſone nõ ſi sẽtiſſeno aiutar dalle lettere à conoſcere, et hauer la virtù, mai ſi darebbono à quella.

Si nihil ad percipiendam, colendamq; virtutẽ literis adiuuarentur homines, nunquam ſe ad earum ſtudium conferrent.

Perche tutte altre coſe non s'appartengono à tutti i tempi, à tutte età, ne à tutti luoghi.

Nam cæteræ res, neq; temporum ſunt, neq; ætatum omnium, neque locorum.

Queſte lettere eſſercitano la giouentù, delettano la vecchiezza, adornano le coſe proſpere, dãno ſoccorſo, e ſolazzo alle auuerſe, delettano in tempo di pace, non danno impedimento in tempo di guerra, ſtãno con eſſo noi la notte, uanno per il mondo, & cõ eſſo noi uilleggiano.

Hæc ſtudia adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium, ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, & ruſticantur.

Fran-

Francesco s'ha acquistato l'amor di tutti.

Franciscus amorem sibi ab omnibus conciliauit.

All'improuiso Pietro ha fatto molti uersi.

Petrus multa ex tempore confecit carmina.

Antonio si è disdetto di questa cosa.

Antonius se reuocauit ab hac re.

Mutio se n'ha appellato, ouero è ricorso al Re.

Mutius se ad Regem reuocauit.

Certo gli esserciti di tutte l'altre cose cō l'imparare, con li precetti, e con l'arte si pigliano; ma il Poeta con la propria natura si fa.

Atqui cæterarum studia artium, & doctrina, & præceptis, & arte constant; Poeta uero natura ipsa ualet.

Quelli di Coloson dicono che Homero è loro cōpatriota, quelli di Chio se lo fanno suo, quelli di Salamina suo, quelli di Smirna certificano esser di loro, & molti altri combattono e litigano tra loro.

Homerum Colophonij ciuem dicunt esse suum, Chij suum uendicant, Salaminij repetunt, Smirnei uerò suum esse confirmant, permulti præterea pugnant inter se, atque contendunt.

Io ho posto ogni mia fantasia e sforzo à diuolgare la gloria e lodi di Pietro.

Omne meum studium, atque ingenium contuli ad Petri gloriam, laudemq; celebrandam.

Non è mai persona si di ragion priua, quale non desidera che il premio di sue fatiche sia in uersi posto.

Neq; enim quisquam est tam auersus à musis, qui

non

non mandari uersibus æternum ſuorum laborum facilè præconium patiatur.

Domandato Temiſtocle qual dire, ò di cui il parlare piu volentiere odeſſi, di colui diſſe, ilqual ben raccontaſſi le ſue uirtù.

Themiſtocles interrogatus, quod acroama, aut cuius vocē libentiſſimè audiret, eius (inquit) à quo ſua uirtus optimè prædicaretur.

Con poche genti Lucullo poſe in rotta un groſſiſſimo esſercito delli Armenij.

Lucullus non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit.

Per cui conſeglio la città di Cizigeni, d'ogni aſſalto del Re, e dauanti tutta la guerra liberò e ſaluò.

Vrbem Cizigenorum eiuſdem conſilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus eripuit, & ſeruauit.

Son venute molte mercantie per acqua.

Multæ merces vectæ ſunt naui.

Molto grano è venuto per ſchena di muli.

Multum frumenti vectum eſt mulis.

Il noſtro Ennio fu amato da Scipion maggiore.

Charus fuit Aphricano ſuperiori noſter Ennius.

S'alcuno ſi da à intēdere che ſi caua meno gloria dalli uerſi Greci, che dalli Latini, s'ingāna molto forte.

Si quis minorem gloriæ fructū putat ex Græcis uerſibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat.

Aleſſandro fermandoſi nel monte Sigeo, alla ſepoltura di Achille, diſſe: O auenturato giouane, ilquale hai

hai ritrouato Homero banditor di tua virtù.

Alexander cũ in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset: O fortunate (inquit) adolescens, qui tuæ uirtutis Homerum præconem inueneris.

Non accade finger questo, perche non si può negare.

Neque enim hoc dissimulandum, quod obscurari non potest.

Ogn'uno brama esser lodato, & desidera ogni huomo da bene la gloria.

Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisq; maximè gloria ducitur.

La uirtù non uuole altro premio di sue fatiche, e perigli che la lode, e gloria.

Nullã enim uirtus aliã mercedem laborum, periculorumq; desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ.

Laqual certo leuata uia, à che effetto ci habbiam da faticare in questa nostra breue uita?

Qua quidem detracta, quid est quòd in hoc tam exiguæ uitæ curriculo, & tam breui, tantis in laboribus nos exerceamus?

Pensamo noi, che tutte cose habbiano da morir cõ esso noi, quãdo che insino all'ultimo mai siamo vissuti quietamente, ne buon tempo hauuto?

Cum vsq; ad extremum spatium nullum tranquillum, & otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur?

ELOCV-

ELOCVTIONES ATQVE CLAVSVLAE EX singulis M. T. C. in Caium Verrem. Actionibus.



On vi marauigliate, se essendo io mutato di proposito, voglio defendere Pietro.

Ne mireris, si subito nunc mutata voluntate, ad Petrum defendendum descendo.

Perche se sapeste à che effetto il faccio, voi non il biasmareste.

Quoniam si mei consilij caussam rationemq; cognosceres, id quod facio, probares.

Ho voluto lassare alli Romani buõ nome del fatto mio in questo mio vfficio.

Romanis omnibus, iucundam, diuturnamq; memoriam in hoc magistratu nominis mei relinquere certum est.

Li Rômani confidandosi in me, che habbia à saluar le lor robbe, spesso da me uengono, che io l'habbia à pigliar per loro.

Romani, cum in me præsidium suis fortunis constitutum arbitrarentur, ad me sæpe veniunt, ut suarum fortunarum omnium, caussam, defensionemq; susciperem.

Io spesso mi ho offerto alli Romani, che se mai loro accadesse

cadesse di ricercarmi, che mai saria per mancarli.

Romanis sum pollicitus, si quod tempus accidisset quo aliquid à me requirerent, eorum commodis me non defuturum.

Li Romani hormai non hanno doue possino ricorrere, hauendo questo tiranno insino dalle chiese leuate le argentarie.

Quirites, ne uiros quidem, ad quos confugiant, habent, tùm etiam is tyrannus aurum, & argentum ex delubris religiosissimis sustulit.

Tutte quelle cose, lequali la pompa ha possuto fare nel mal fare, la crudeltà nelli martiri, l'auaritia nel rubbare, la superbia nel uillaneggiare, conosco che Antonio ha patito sotto questo maestro per tre anni.

Quæ res, luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in cõtumelijs efficere potuit, eas omnes Antonium se hoc uno præceptore per triennium pertulisse noui.

Nõ dispregio coloro, alliquali nõ accade, che cõ ginocchi à terra ad altri uadino, essẽdo io sano & saluo.

Non eos aspernor, quos me incolumi, nemini supplices esse oportet.

Me duole, & ho per male certo, ch'io sia venuto in tal termine, che ò coloro si trouino ingannati, liquali molto cõfidano nel mio aiuto, ò che io, ilqual mi son dato da che fui putto à defendere le persone da bene, non possa contentar me stesso.

Fero grauiter, & acerbè, in eum me locum adductum,

ductum, ut aut eos homines ſpes falleret, qui opem à me, atq; auxilium expectant, aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adoleſcētia dedi, mihi ipſe ſatisſacere non poſſem.

Se io non haueſſi tanta ſtretta amicitia, ò cagione di amare li Vinetiani, io non pigliaria queſta impreſa & aſſunto ſopra di me.

Niſi mihi cum Venetis cauſſa tantæ neceſſitudinis non intercederet, id oneris non ſubirem.

Le prouincie ſaccheggiate, angariate, in tutto rouinate, & ſpianate, & li confederati, & ſtipendiati del Pop. Ro. aſſlitti, poueracci non già cercano ſperanza della vita, ma confortamento della ruina loro.

Populatæ, vexatæ, funditus euerſæ prouinciæ, ſocijq; ſtipendiarij Po. Ro. afflicti, miſeri, iam nō ſalutis ſpem, ſed exitij ſolatium quærunt.

Il Po. Ro. benche habbia molto da fare, & habbia molti diſagi, nientedimeno non ha coſa che più cerchi, che quel antico, & graue modo nel ſentētiare.

Po. Romanus tametſi multis incōmodis, difficultatibuſq; affectus eſt, tamē nihil æque atq; illam veterem iuditiorum vim, grauitatemq; requirit.

In tanto lamento del P. Romano, in tanta infamia del ſententiare, in tanto ſcandolo di tutta la nobiltà, con queſta ſola coſa ſi può rimediare.

In hac Po. Romani querimonia, iuditiorum infamia, totius ordinis offenſione, hoc unum his tot incommodis remedium eſſe arbitror.

Hanno preſo l'aſſunto di defendere la Repub. & le leggi,

leggi, persone atte, & da bene.

Homines idonei, atq; integri caussam reipu. legũq; susceperunt.

Io certo son intrato à questa impresa, & carico, per la salute di tutti.

Fateor me salutis omnium caussa, ad eam partem accessisse.

Io sono di questa opinione Signori Giudici, che portandoci la partita di alcuno, che habbia da stare a sindicato, che à niuno se habbia hauer rispetto.

Ego sic intelligo Iudices, cum de pecunijs repetũdis nomen cuiuspiam deferatur, nullius habendam esse rationem.

Se dice, che Verre per tre anni saccheggiò la Sicilia, diede il guasto alle Città di quella, uotò le case, arrubbò le Chiese.

Siciliam prouinciam C. Verres per triennium depopulatus, Siculorum ciuitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur.

Io non piglio questa causa à petitione di Siciliani.

Ego non Siculorum rogatu, ad hanc caussam accedo.

O' mi è forza ch'io piglia sopra di me questa lite, ò ch'io refuta il debito dell'amicitia.

Aut hæc caussa mihi suscipienda est, aut officium necessitudinis repudiandum.

Che accade testimonij? come che la cosa non fosse chiara.

Sed quid ego testibus utor? quasi res dubia, aut

obscura sit.

La cosa è si chiara, che uedendola uoi, la possete giudicare, & sententiare.

Id ita perspicuum est, ut oculis iudicare possis.

Perche di questo io ne deggio patire, & hauer danno & interesso.

Cur hoc mihi detrimento esse debet.

Non uoglio che alcuno pẽsi, che io uoglia esser da più di tutti procuratori.

Non equidem in opinione cuiusquàm relinquam me omnibus patronis esse præponendum.

Se ci è qualche speranza, laquale possa consolare l'animo mio, quella tutta io l'ho in voi.

Si qua reliqua spes est, quæ animum meũ consolari possit, ea tota in te posita est.

Chi è tãto sfacciato, ilquale habbia ardire pigliare il pensiere d'altrui contra la uolontà di quelli?

Quis tàm impudẽs reperitur, qui ad alienam caussam inuitis ijs, quorum negotium est, accedere audeat?

Tu ti uuoi offerire a chi non ti uuole.

Inuitissimis te offers.

Perche non vuoi che ti uogliono male coloro, liquali tu hai mal trattato.

Cur, de quibus non optimè meritus es, ij tibi non male cupiant.

Hora dirò solo, che tu senza parlare, dirai come dico io.

Nũc tãtũ id dicã, quod tacitus tu mihi assentiare.

Io non ho da castigare vn tristo solo, come vogliono li Siciliani, ma ho da estinguere, & distorre in tutto la tristitia & malitia, come già lungo tempo il Popolo Romano cerca.

Mihi non solum unus homo improbus opprimẽdus est, id quod Po. Ro. iam diu flagitat, sed extinguenda, atq; delenda est improbitas.

Nel che, quelche io uaglia, ò possa, voglio più presto che altrui il spera, ch'io l'habbia a dire.

In quo, ego quid eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe relinquere, quàm in oratione mea ponere.

Non ti accorgi, quanto importa, pigliare sopra di se vna causa del publico.

In mentem tibi non uenit, quid negotij sit caussam publicam sustinere.

Odi da me, perche questa è la prima uolta che hai incominciato à imparare, quanto fa bisogno à chi uuole incolpare il compagno.

Cognosce ex me, quoniam hoc primum tempus discendi nactus es, quàm multa esse oporteat in eo, qui alterum accusat.

Se di queste cose tu ne sai una, io di cuore voglio fare quel che uuoi tu.

Ex his, si unum aliquod in te cognoueris, ego iam tibi ipse istud, quod expetis, mea volũtate cõcedã.

Non ci è peggio, quanto voler fare li fatti di altrui, chi non sa fare i suoi.

Nihil est. n. quod minus ferendũ sit, quàm rationẽ

ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere.

Tu non puoi negare, che auanti che partissi da Sicilia haueui fatto pace con Ottauio.

Infirmare non potes, te antequam de Sicilia decederes, in gratiam redisse cum Octauio.

Vendendosi il rubbio del grano doi scudi, lui pigliaua doi giulij per rubbio.

Cum esset tritici modius duobus aureis pro frumento in modios singulos, binos iulios argenteos is exigebat.

Accusarai tu altrui di quel che hai fatto tu?

Id ne alteri crimini dabis, quod tu ipse fecisti?

Non può nello accusare colui defendere il compagno, ilquale con lui ci ha hauuto parte.

Non potest in accusando socium uerè defendere is, qui cum reo criminum societate coniunctus est.

Io racconto, quel che ogn'uno sa.

Ego hæc, quæ in medio posita sunt, commemoro.

Ognuno sa, che tra uoi non solo sete stato d'accordo, ma che non pure ui sete spartita la preda.

Facilè omnes intelligunt, uobis inter vos non modo voluntatem fuisse coniunctam, sed ne prædam quidem adhuc esse diuisam.

Ponti la mano nel petto, & considera chi tu sei, & che puoi fare.

Tu te collige, & qui sis, & quid facere possis, considera.

Se io non sono quel che deueria, per tanto me ho affaticato

faticato da che nacqui per essere.

Si non sum qui esse deberem, magno tamen studio mihi à pueritia, ut essem, elaboratum est.

Quando io odo questo non solo tutto me conturbo, ma ancora me agriccio di paura.

Cum iam audio, non solum animo commoueor, sed etiam toto corpore perhorresco.

Io in tal maniera lodo il tuo bel spirito, che io nulla ho da temere, di tal maniera lo approuo, che io penso piu facilmente posser da quello pigliar diletto, che essere ingannato.

Ego ingenium ita tuum laudo, ut non pertimescā, ita probo, ut me ab eo delectari facilius, quàm decipi posse putem.

Mi par di ueder Cecilio, come te habbia da bertezare Hortensio, come con ogni uia, & modo te habbia a sbattere.

Te verò Cæcili, quemadmodum te sit elusurus Hortensius, quàm omni ratione lactaturus, uidere iā uideor.

Hortensio co i gesti del corpo ti farà trauedere.

Hortensius, gestu ipso, ac motu corporis, perstringet aciem ingenij tui.

Se tu fallerai vna parola, che è scritta in cotesto libro, ilquale non so chi mastro da scola hauendolo imburchiato da altri, ti ha dato, sarai uituperato.

Si ab isto libro, quē tibi magister ludi nescio quis, ex alienis orationibus compositum dedit, uno uerbo discesseris, non exiguo dedecore afficieris.

Chi non ha peccato alcuno, può biasimare i peccati del compagno.

Qui nullo suo peccato impeditur, alterius peccata demonstrare potest.

Vedi che differentia sarà tra la mia accusa & la tua.

Vide quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem.

Tu dirai questo, per non parere che la fai con lui, ò vero che ti sei accordato con lui.

Id obijcies, nequa ex parte coniunctus cum eo videare.

Veggo bene io, in che laberinto mi trouo.

Optimè intelligo, quàm scopuloso difficiliq; in loco uerser.

Ma per essere odioso ogni auantarsi, molto piu è noioso lo auantarsi de sapere ben fare, & ben dire.

Nam cum omnis arrogantia odiosa sit, tùm illa ingenij, atque eloquentiæ multò molestissima.

Vedi che hauendo preso sopra di te tante cose graui, & varie, che tu le possa mantenere, con la voce, cõ la memoria, con il conseglio, & ingegno.

Vide, cum tot res, tam graues, tam varias susceperis, uoce, memoria, consilio, ingenio sustineas.

Cosi Dio me aiuti, che io faccio il debito mio.

Ita Deos mihi velim propitios, quod, in hoc, meo munere fungor.

Tu hai da contrastare con una persona, che sa bene dire il fatto suo.

Tibi cum homine dissertissimo, & ad dicendrm paratissi-

ratissimo futurum est certamen.

Titio te seruirà, & te incaminarà.

Titius tibi seruiet, tibi lenocinabitur.

Ve pare che io habbia tanti pochi amici che io nõ possa hauer questa gratia?

Tanta ne uobis inopia videor esse amicorum, ut id non assequar?

Costui se non è pazzo, mai il dirà.

Iste id profectò, nisi planè nihil sapit, nunquam proferet.

Titio ha desuiato, per dispetto, certi musici.

Titius Symphoniacos quosdã per iniuriã abduxit.

Francesco se fa schiauo di Antonio.

Antonio in seruitutem se Franciscus adiudicat.

Titio uende le robbe, & ne fa denari.

Titius bona vendit, ac pecuniam redigit.

Titio me ha contato, o sborsato tutto il denaro.

Titius omnem mihi pecuniam adnumerauit.

Titio se ha tirato per se una grã parte del denaro, & ne ha reso all a donna quanto li è piaciuto.

Titius ex illa pecunia magnam partem ad se auertit, mulieri reddidit, quantulum visum est.

Tu hai fatto pace con Titio.

Tu cum Titio in gratiam rediisti.

Niuno mai per bestialità, & asinaria è stato refutato, ma acciochè la voglia di guastare l'amicitia cõ l'autorità delli Giudici non fosse approuata.

Nemo propter indignitatẽ repudiatus est, sed ne libido violandæ necessitudinis auctoritate iudicum

comprobaretur.
Questa usanza a poco a poco ha cominciato a uscire, & à uenire fuora.
Paulatim hæc cõsuetudo serpere, ac prodire cœpit.

LIBER SECVNDVS ACCVSATIONIS IN C. VERREM.

NON *da huomo, ma da Dio par che questo ci sia stato posto auanti gli occhi.*
Id non humano consilio, sed propè diuinitus datum, atque oblatum nobis esse uidetur.
Questo si dice per tutto.
Id apud omnes omnium sermone percrebuit.
Io penso che piu presto manca a questa Repu. chi retta mẽte giudichi, che ò chi è accusato a i Giudici ò l'accusatore di quello.
Iudicium potius Reip. quàm aut reum iudicibus, aut accusatorem reo defuisse credo.
Costui suol dire, che non è cosa tanto santa, laquale nõ si possa guastere con il denaro, nè tanto forte, che non se possa uincere con quello.
Hic ita dictitat, nihil esse tam sanctum, quod non uiolari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.
Costui, si come se fa conoscere nello afferrare il denaro d'altrui, cosi si fa ueder da tutti, quanto spera
di

di corrompere, & subornare i Giudici.

Hic, ut est apertus in corripiendis pecunijs, sic in spe corrumpendi iudicij, perspicua sua consilia, conatus omnibus facit.

Io ho fatto tutta la Sicilia in cinquanta giorni.

Ego Siciliam totam quinquaginta diebus obij.

Acciò ognuno si chiarisca, che sono uno huomo da bene.

Vt perspicuum cuiuis esse possit, me hominem esse probum.

Io non solo ui sarò sentire, ma uedere ancora con gli occhi le ribalderie di costui.

Non modo in auribus uestris, sed in oculis quoque huius flagitia defigam.

Costui infama tutte le persone da bene.

Hic de uiris omnibus bonis malè existimat.

Io ueggo molto bene, oue tu uuoi riuscire.

Quo animum intendas, facilè perspicio.

Costui solo si confida nel denaro.

Hic omnem rationem, seu præsidium in pecunia ponit.

Niuna cosa per tre anni si è sententiata, se non a uolontà di cotesto.

Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius iudicata est.

Titio senza hauer ditte le sue ragioni, ò senza essere udito, è stato condannato.

Titius indicta caussa damnatus est.

Costui ha rubbato, & assassinato tutte le chiese di gran-

grandissima diuotione.

Hic delubra omnia sanctissimis religionibus consecrata, depeculatus est.

L'ufficio di Titio fu vn saccheggiamento di chiese, & de i lauori del publico.

Magistratus Titij, Aedium sacrarum fuit, publicorumq; operum, depopulatio.

Costui per tre anni in tal maniera ha trauagliato, & ruinato la Sicilia, che mai piu quella se potrà recuperare.

Siciliam iste per triennium ita vexauit, ac perdidit, vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit.

Tanto ha l'huomo in questa terra, quanto non ha saputo questo huomo misero, & libidinoso, ò quanto l'è auanzato.

Tantum quisque habet in hac urbe, quantum hominis auarissimi, & libidinosissimi, aut imprudētiam subterfugit, aut satietati superfuit.

Le Città grandi, & sicure costui l'ha date in mano di corsari & assassini.

Maximæ tutissimæq; Vrbes piratis prædonibusq; patefactæ sunt.

Io nomino costui piu presto in bene, che in male.

Hunc ego hominem honoris potius, quàm contumeliæ caussa nominatum volo.

Questo ad alcuni pare, che non possa essere, & ad alcuni vna baia pare.

Alijs illud indignum, alijs ridiculum uidetur.

Questa

Questa è vna impresa, ch'è degna, ch'io ne ponga tutto il mio sforzo, ouero quanto posso, & uaglio.
Opus est dignum, in quo omnes neruos ætatis, industriæq; meæ contenderem.
Come io hora lamentar mi posso di questa infamia, di questa vergogna, & rouina di questa republica?
Iam uerò quo modo hanc labem, ignominiam, calamitatemq; huius reipub. conquerar?
Che pẽsate, che farò, s'io nederò in questo giudicio farsi qualche uigliaccaria, & poltroneria?
Quo me animo fore putetis, siquid in hoc ipso iudicio intellexero, siquid aliqua ratione esse violatũ atque commissum?
Dice Titio, ch'è felice & beato, se riducesse il guadagno di vn'anno nella sua robba.
Titius secum præclare agi dicit, si unius anni quæstum in rem suam conuerteret.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM. LIB. III.

NON mi curo Signori Giudici, & non ho per male, ch'io habbia da produrre il frutto della mia fatica, & uoi della vostra virtu.
Patior iudices et non molestè fero me laboris mei, vos virtutis uestræ fructum esse laturos.

Non

Non è cosa piu rouineuole, che torsi la ragione, & la via della verità, della sincerità, della fede, & della religone da gli huomini sufficienti.

Nihil pernioiosius, quàm rationem ueritatis, integritatis, fidei, religionis, ab hominibus eruditis abiudicari.

Costui per li suoi peccati è spiritato, & fuor di se.

Hic scelerum suorum pœnis agitatur, & à mente, consilioq;, deducitur.

Costui ad alcuni ha fatto mozzar la testa, alcuni ha fatto morir prigione, et alcuni ha fatto impiccare.

Hic partim securi perculsit, partim in vinculis necauit, partim in crucem sustulit.

Bisogna che costui facci la penitentia del sangue innocente di molti.

Multorum innocẽtium sanguinis iste supplicio luẽdus est.

Io stimo che questo solo sia stato di tal sorte, che poi che l'huomo è al mondo, che le saria bene esser condannato.

Hunc vnum eiusmodi post hominum memoriam fuisse arbitror, cui damnari expediret.

Chi non s'accorge, che beati noi, se'l Popolo Romano sarà contento del martirio di questo solo?

Quis hoc perspicit præclarè nobiscũ actum, si Po. Rom. istius unius supplicio contentus esset?

La mia uenuta non ha dato fastidio, ne spesa ad alcuno, ne publica, ne particulare.

Nemini meus aduentus labori, aut sumptui, neq; publicè,

publicè, neq; priuatim fuit.

Infin'à tanto ho temuto che alcuno non mi teneſſe per perſona infidele, & non ſchietta, inſin che io cō effetto feci uedere la verità.

Vſq; eo timui, nequis de mea fide, atq; integritate dubitaret, donec uerum ipſe re ipſa præſtiti.

In un'hora ch'io incominciai a parlare, ſtroncaria la ſperanza di ſubornare i giudici, à coteſto preſontuoſo riccone, ſprecatore, huomo di mala uita.

Vna hora qua cœpi dicere, iſti audaci pecunioſo, profuſo, perdito ſpē iudicij corrūpēdi præciderem.

Se le ribaldarie, li arrubbamenti, li mal fatti di tutti i condannati, ſi poneſſeno in un luogo, appena con la minima parte di coſtui, ſe potriano aguagliare.

Si omnium damnatorum ſcelera, furta, flagitia ſi in vnum locum conferantur, uix cum huius minima parte æquari, conſerriq; poſſent.

Il Popolo Romano hauendo perſa la ſperanza di uoi, è forzato di cercare altra uia, & modo di far ſententiare.

Populus Romanus cum de uobis deſperarit, neceſſe eſt aliam rationem iudiciorum requirat.

Se io non faccio queſto, non hai da uedere tu, ma il male, & danno è il mio.

Hoc ſi non utor, nō tibi iniuriam facio, ſed de meo iure aliquid & commodo detraho.

Vi offero di hauerne à chiarire, che Verre ha tolto mille ſcudi.

Me planum eſſe facturum polliceor, Verrem mille nummum

nummum abstulisse.

Non ui è piu occulto tradimento, che l'ingannare sotto ombra di far bene, & sotto nome d'amico.

Nullæ occultiores insidiæ, quàm quæ latẽt in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine.

Imperoche tu te puoi ben guardare di chi è tuo scoperto inimico.

Nam eum, qui palàm est aduersarius, facilè cauendo uitare possis.

Alla mall'hora che gran prosuntione, & pazzia, è costesta.

Quæ (malum) est ista tanta audacia atq; amentia.

Questa persona, quale era di gran riputatione, & già di grande età, & padre, si stupì.

Homo, qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & parens esset, obstupuit.

Titio disse che non era vsanza de Romani, che le donne sedesse à tauola con gli huomini, quando se fa pasto.

Titius negauit mores esse Romanorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres.

E' meglio patire ogni cosa, che stare in tanta violẽtia & trauagli.

Quid uis est perpeti satius, quàm in tanta vi, atq; acerbitate versari.

Costoro hanno incominciato à batter giù la porta co i sassi, à sforzarla con l'arme, intorniarla con legni, e fascine, & porui fuoco.

Ii cedere Ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta

menta circundare, ignem ſubijcere cœperunt.

Tu uorreſti che pateſſe il giuſto per il peccatore.

Tu huius improbitatem, hominis innocentiſſimi ſanguinem lui uelles.

Coſtui è tanto triſto, che niuno il può comportare, & patire.

Huius tanta eſt improbitas, vt iam capere, ac ſuſtinere nemo poſſit.

Io te chiarirò, che di quello, che hai fatto, tu ne hai dato la colpa ad altri.

Planum tibi faciam, te huius ſceleris tui cauſſam, & culpam in alios tranſtuliſſe.

Li Vinetiani hanno dato al Re Filippo vn Gallione tutto in ordine, & armato.

Veneti Philippo Regi Myoparonem ornatum, atque armatum dederunt.

Antonio ha fatto tornare à piedi di Gaieta à Napoli, molti che ſtauano al Remo.

Antonius Gaieta Neapolim multos remiges pedibus reuerſi iuſſit.

Io moſſo da conſcientia ho ditto queſto.

Religione adductus id teſtatus ſum.

Tu in coteſto gouerno ſei infame, ſenza pagare coſa alcuna.

Tu gratis in iſta prouincia male audis.

ACCV-

ACCVSATIONIS IN C. VERREM. LIB. IIII.

MI è forza necessariamente lassare molte cose, per possere parlare alle volte di quelle cose, lequáli son fidate à me.

Multa mihi necessariò prætermittenda sunt, ut possim aliquando de ijs rebus, quæ meæ fidei commissæ sunt, dicere.

Li antichi nostri da questa prouincia sono andati à signoreggiare l'Africa.

Maioribus nostris in Aphricam ex hac prouincia gradus imperij factus est.

Cartagine non sarebbe così facilmente rouinata, se nõ hauesse hauuta l'armata nostra, la vittouaglia, & porto di Sicilia.

Neq; tam facilè opes Cartaginis tantæ concidissent, nisi Siciliæ, & rei frumentariæ subsidium, et receptaculum classibus nostris patuisset.

Alcuno di voi dirà.

Non nemo vestrum dicet.

Titio è il più tristo di tutta la compagnia di spioni.

Titius homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus est.

Il tempo, la voce, e li fianchi mi mancarebbono, se adesso io uolessi di questo strillare.

Me dies, vox, latera deficerent si hoc nunc vocifera ri uellem.

A qual luogo sei stato, ò à qual terra, qual tu non habbi rouinato & lassato spazzato?

Quam vrbem adijsti, quem deniq; locum, quem nō euersum atq; extersum reliqueris?

Sempronio persuaso da cotesto, ha incominciato à infamar Titio che habbia falsificato la lettera del commune.

Sempronius admonitu istius, insimulare cœpit Titium litteras publicas corripuisse.

Dalqual sospetto lui n'era molto discosto.

A qua suspicione ille plurimum aberat.

Questo li è intrauenuto alla sprouista, senza pensarui.

Hoc illi improuisum atq; inopinatum accidit.

Sempronio corrocciato ha cridato grendemente con Titio.

Sempronius iratus, Titium uerbis uehementioribus prosequutus est.

Perche te habbia tanto con odio accusato, nol so.

Quod in te tantum crimen, inuidiamq; conflarit, planè ignoro.

Viera una gran raunata di genti, & con gran silentio aspettauano, oue volesse riuscire questa sua voglia.

Erat hominum conuentus maximus, summum silentium, summa expectatio, quò nam esset eius cupiditas eruptura.

Titio te haueua fatto manco carico, & vergogna, se te hauesse priuato del vfficio, che hauendo leuato quelle cose, lequali tu hai fatto nello vfficio, & hauendole



hauendole annullate.

Titius si tibi magistratũ abrogasset, minore ignominia te affecisset, quàm cum ea, quæ in magistratu gessisti, sustulit atq; irrita esse iussit.

Non so se hauesse à sborsare il denaro à te, ilquale hai la cura da far fare queste statue, ò à chi tu hauessi comandato.

Nescio an tibi pecunia, qui statuis faciundis præesses, an cui tu imperasses adnumeranda esset.

Se li Siciliani non ueggono costui essere castigato, vogliono abbandonare le case, & stanze, & partirsi via da Sicilia.

Hoc animo sunt Siculi, ut si in istum animaduersum nõ sit, sibi relinquendas domos, ac sedes suas, & ex Sicilia decedendum.

Per questo uoi possete conietturare tutte le altre cose come passano.

De cæteris ex hoc coniecturam facere poteritis, quo nam modo sese habeant, uel ex hoc coniectura assequi vel conijcere potestis.

Queste cose mostrano, che per molti debiti Sempronio ha preso denari ad interesso da Titio.

Hæc significant, multis nominibus Sempronium versuram à Titio fecisse.

Questo il so benessimo.

Hoc est mihi luce clarius.

Questa persona ha incominciato à uariare, à uoltare le spalli, à farse rosso, ò à mutarse di uiso.

Hic homo hærere, auersari, ac rubere cœpit.

Io cauerò la copia di queste scritture.

Has tabulas exscribam.

Niuno de tal sorte pecca, che non se possa defendere.

Nemo enim ita peccat, ut defensioni locum non relinquat.

Niuno de si sorte viue, che sia in tutto senza vergogna.

Nemo ita viuit, ut nulla omnis uitæ pars summæ turpitudinis esset expers.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM. LIB. V.

IO non mosso per nimicitia, ne particularmente ingiuriato, ne meno di alcun premio, chiamo a corte, ò citto Antonio.

Ipse nullis impulsus inimicitijs, nulla priuatim læsus iniuria, nullo premio ductus, Antonium in Iudicium voco.

Bernardino debba molto bene vedere, non solo che carico piglia al presente, ma ancora quanto habbia da fare in tutto il tempo della vita sua.

Bernardinus prouidere debeat non solum quid oneris in præsentia tollat, sed etiam, quantum in omni vita negotij suscipiat.

Bisogna che sij innocente, cõtinẽte, & che habbia tutte virtù, chi vuole stare à giudicare la vita del

compagno.

Legẽ ſibi ipſe indicat innocentiæ, cõtinẽtiæ, virtutumq; omniũ, qui ab altero rationem vitæ poſcit.

Chi uuole ſtare à ſindicare, & giudicare i coſtumi, & peccati d'altrui, chi li perdonarà, ſe non farà il debito ſuo, in quale errore incorrerà?

Qui ſi hoc ſuſcipit, ut corrigat, mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat ſi qua in re ipſe à religione officij declinaret?

Quando tu hai caſtigato altrui, te è forza, che tu anchora fuggi quello.

Quæ in altero uindicaris, ea omnia tibi ipſi vehementer fugienda ſunt.

Non ſolo chi accuſa, ma ne pure chi reprende altrui, è da ſopportare, ſi lui è ritrouato in quel uitio che riprende altrui.

Non modo accuſator, ſed ne obiurgator quidem ferendus eſt is, qui dum alterum uitio reprehendit in eo ipſo deprehenditur.

Molti per li gran torti, & libertà delli capi di gabbellieri da loro ſteſſi ſi hanno ammazzati.

Complures propter iniuriam, licentiamq; decumanorum, mortem ſibiipſi conſcierunt.

Mi è forza che io con l'arme, & con li caualli faccia, che ognuno ſappi queſto.

Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt, ut id omnes intelligant.

Filippo, ſtando molte genti à vedere, fece una ſcomeſſa con Antonio, che la coſa paſſaua coſi.

Maximo

Maximo conuentu, Philippus Antonium ſponſione laceſſiuit, rem hanc ita ſe ſe habere.

Tu ſei infamato per diſetto di ſeruitori.

Famulorum culpa minus commodè audis.

Tu non hai ſi gran diuotione à queſta compagnia, che non te curaſſe della uita tua.

Neq; apud te tam ſancta religio ſocietatis eſt, ut tui capitis periculum negligeres.

Reſta che io Sig. giudici vi habbia da informare del grano comprato.

Sequitur, ut de frumento empto vos Iudices doceam.

Antonio dopò la ricolta, ha poſto il prezzo tre ſcudi.

Antonius poſt meſſem tribus aureis, æſtimauit.

Vno anno fu abondantia, & l'altro careſtia.

Alter annus in uilitate, alter in caritate fuit.

Mi lamento del torto, & di Antonio.

Iniuriam quæror, & de Antonio.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM. LIB. VI.

NON *ſo gioia alcuna, ne margarita, ne coſa alcuna di oro, ò di auorio, ò ſtatua alcuna di bronzo, ò di marmo, ò di auorio, ò pittura in quadri, o teſſuta, che coſtui non l'habbia cerca.*

Nego, me vllam gemmā, aut margaritā fuiſſe: aut

quicquam ex auro, aut ebore factum: signum ullum æneum, marmoreum, eburneum, nego ullam pictu ram, neque in tabulis neque textilem fuisse, quin hic quæsierit.

Tu mai hai leuato gli occhi da questo, ne un deto ti sei discostato.

Tu oculos de isto nunquam deiecisti, neque digitum discessisti.

Mi par mill'anni di ueder ti.

Nihil est mihi longius quàm te uidere.

Sappiate che il nome uostro sarà odiato, & mal uoluto da tutti, se costui non è castigato.

Nomen uestrum odio, atq; acerbitati omnibus futurum scitote, si istius iniuria impunita discesserit

Il parentado delli studij, & delle arti, quasi non è meno congionto, che cotesto della casata, & nome, del quale ui delettate.

Studiorum cognatio, atque artium, propemodum non minus est coniuncta quàm ista, qua uos delectamini generis, atq; nominis.

Distaccati li cauistelli, & catorci, rotte le porte: se sforzano guastare la statua, & con le stanghe ruinarle.

Conuulsis repagulis, effractisq; ualuis, demoliri signum ac uectibus labefactare conantur.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM. LIB. VII.

VErre *per odito solo ha desiderato questo.*
Id uerres auditione solum expetiuit.

Vi è un luogo alto, nella cui sommità ui è una pianura, & ui sorge un'acqua cõtinouamẽte.
Est locus præcelsus, atque æditus, quo in summo est æquata agri planities, aquæ peremnes.

Ogni anno ne fanno la festa, oue uanno di molti huomini & donne.
Festos dies anniuersarios agunt, celeberrimo uirorum mulierumq; conuentu.

Gl'imbasciatori informaranno uoi Giudici delli torti di costui.
De huius iniurijs legati uos Iudices docebunt.

Tutto questo te perdono, & te leuo di questo pensiero.
Remitto tibi hoc totum, atque ista te cura libero.

Titio fa quadriglia contra di te.
Titius in te manum facit.

Se tu te suilupparai da questi lacci, ti è forza, inuilupgarti in piu gran rete.
Si his te laqueis exueris, in maiores tibi plagas incidendum est.

FINIS.



DIALOGVS DE RATIONE INTERPRETANDI.

VENVTIVS. MARTIVS.

Auctore Hieronymo Capharo Salernitano.

V. QVò *te Marti tam feſtinanter, tamq́; hilarè confers?*

M. *Ad ludum litterarium.*

V. *Quem doctorem audis?*

M. *Capharum, Virum eruditiſſimum, & in hac docendi facultate accuratiſſimũ, ut ex illius quàm plurimis in lucem prolatis operibus, de vario litterarum humanarum ſtudio intueri cuiq́; licet.*

Ven. Cuias eſt uir iſte?

Mar. Salernitanus, Claris quoque parentibus ortus, & his moribus inſtitutus, Vt Sacerdos, ſui ſimiles paucos cùm uitæ integritate, tùm uerò religione, fide, atque eruditione, uix habeat: quod Roma, Venetiæ, Florentia, Cortona, Aſſiſium, in quibus quàm plurimos annos, non ſine maxima diſcipulorum frequentia, ac celeberrima ingenij ſui fama et expectatione ſanè docuit, teſtari poßunt.

Ven. Quam potiſſimum profitetur facultatem?

Mar.

Mar. Grammaticam, Rhetoricam, atque Poeſin, in quibus quantum profecerit, ij nolo teſtentur, quippe qui magnum numerum optimorum uerſuum de his ipſis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore, viderunt. atque eandem rem commutatis uerbis, atque ſententijs, tum ſoluta oratione, tum uerò carmine proferre: quod uerò accurratè cogitate que ſcripſerit, illud ſic probari uidi, ut ad ueterum ſcriptorum laudem perueniret, quid de epiſtolarũ orationum, atque dialogorum non minus numeroſo ſtylo, quàm eleganti, nitido, purò, atque expolli to ſermone referam?

Ven. Sub illo, quas nunc artes profiteris?

Mar. Has ipſas, quas modo retuli.

Ven. Qua ratione, quibuſue inſtitutionibus adoleſcentes informat; & eos præſertim, qui epiſtolas conficiunt?

Mar. Vbi primum ſuis operibus de re grammatica, quæ pleraq; in lucem edidit, accuratiſſimè erudierit, Ciceronis epiſtolas ad uerbum uernaculo ſermone nobis prius expreſſas, deinde uerò in latinũ noſtro ſenſu uerſas, ut ſingulis ſaltem hebdomadis oſtendamus, præſcribit, neque quicquàm nos loqui, neque ſcribere ſinit: quod non ab optimis, atque latinis auctoribus didicerimus: atque nos propriè, ac translatè per conuerſionem, per chrias, per Synonimas in aſſidua, atque quotidiana corona dicere ſedulò docet, ubi, quid uſus latinus poſcat, quid interdum grammaticus balbutiat,

tiat,

tiat, in quo uulgus cæcutiat, & allucinetur ostendit. & sæpe nos ex tempore, tùm epistolas tùm orationes tùm uerò carmina facere mandat: qui in informandis, & in his artibus erudiendis adolescentibus, solertissimus, atque accuratissimus existimatur.

Ven. Vsus porrò ita facilè discitur, si attendatur, quid cuiq; propriè, quid translatè assignetur. nam multa quidem communi nomine notantur, ijsdem tamen rebus non accommodantur. ut communicare cum aliquo, & non alicui: ut ait Cicero.

Mar. Harum præceptionum, & obseruationum præceteris studiosissimus, summopere elaborat, ut à Cicerone potius, atque latinis auctoribus, quàm à Vulgo latinè discamus, & quid proprium, quidue sit purum inquiramus: & ambitiosa, absoleta, ampulosa, inania, ieiunia, arida planè fastidiamus, hortatur, atque adeò cogit.

Ven. Hæc enim omnia, maxima indigent, & exactissima exercitatione, quæ in imitatione tota uersatur. ut & loquendo, & scribendo, quæ discipuli didicerint, ea exprimere assuescant. propterea, quas rogo lectiones audias, dicere ne graueris, id enim mihi iucundissimũ est audire, ut auctore Capharo, & discere, & docere, si contingerit, facillimè, & accuratissimè liceat.

Mar. Nunc Ciceronianam in officijs lectionem aggressus est.

Ven. Quotum Ciceronis codicem in officijs?

Mar. Primum.

Ven. Optimum auditu librum, & præceptis saluberrimis, atq; honestissimis institutis vndiq; scatentem; sanè lectionem, à qua ueluti ex affluenti fluuio moralis philosophiæ, bene, beateq; viuendi ratione͂, cuiq; facilè haurire licet. Quare rogatum te uelim, ni graue fuerit, ut proœmium exordiaris.

Mar. Ingenio præstanti Viro, cui plurimum sanè tribuo, in re tam facili, & parere, & gratificari per gratum credas, quare libentissimè quod ipse didici, illud palam fateri, & illius cuiq; interrogāti, hilarè rationem reddere non erubescam: quare sic auspicabor.

Quanquàm te Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis abundare oportet, præceptis institutisq; philosophiæ, propter summam doctoris auctoritatem & Vrbis.

Ven. Per gratum feceris, si nauiter, quod iam pronunciasti, modò ne pigeat exposueris, si præsertim, quæ legis, planè intelligis.

Mar. Arbitror (ni fortasse fallor,) quod audio, percallere.

Ven. Agè, exordire, & libri titulum, & quod sit officium, interpretere primum. deinde proœmium, seriemq; verborum, & singulas orationis partes aperias.

Mar. Nihil hoc mihi gratius, nihilq; iucundius demandari potest, cum facilè & moneri, & liberius accusari patiar, si quid ineptè, minusq; accurate,

dixero,

dixero, & primo ne longius inani uidear oratione vagari, quid ſit liber officiorum aperire contendā, præpoſitis tamen ſeptem circunſtantijs, quæ in hiſce rebus maximopere petuntur·perſona, ſcilicet, re, cauſſa, loco, tempore, modo, & materia: eſt perſona, ut Marci Tulij Ciceronis : Res, ut de officijs : Cauſſa, ut filium ad bonarum artium ſtudium hortaretur : locus qui Athenis, urbe, ſcilicet ſcientiarum inuentrice litteris operam nauabat : tempus, quia adoleſcens facilè id aſſequi poterat : modus, quoniam Cratippum ea ætate propemodum philoſophorum principem audiret ; idq; Athenis ubi propter ſummam & doctoris auctoritatem, & urbis facillimè perdiſcere poſſet : materia eſt ipſa philoſophia moralis, quæ eſt ars uitæ, & perturbationum medicina: cuius partes ſunt, Ethica, Oeconomica, & Politica.

Ven. Quot in partes hoc opus diuiditur?

Mar. In duas, in proœmium, & tractatum: proœmiū eſt, quanquàm te Marce fili : Tractatus, omnis de officio duplex eſt quæſtio.

Ven. Quid facit auctor in proœmio?

Mar. Captat beneuolentiā à perſona Cratippi, Illum, laudando, à perſona filij, appellando filium: Docilitatem, totius ſummā, de quo futura eſt diſputatio, perſtringens, Attētionem, cum magnum hoc opus adiumentum allaturum omnibus polliceatur. De officijs Titulus eſt id eſt de actionibus ſtudioſis, quæ ab hiſce uirtutib. ſcilicet Prudentia, Iuſtitia, For

titudine

titudine atq; Temperantia exoriuntur.

Ven. Satis superq; libet, quod sic adamussim præfatus es. nunc rogo, ne pigeat, id ipsum proœmium interpretari.

Mar. Quanquã ò Marce fili, te iã annum audientem Cratippũ, idq; & quæ pro & id scilicet esse Athenis, oportet abundare idest imbutũ esse, & affluentem præceptis idest regulis: & documentis Philosophiæ, & institutis idest bonis moribus, & partim propter summam auctoritatem doctoris tui Cratippi, & partim propter summam auctoritatem Vrbis scilicet Athenarum.

Ven. Num ex præceptione aliqua sic ordinẽ struis, an ex arbitrio, tuoq; sensu verborum seriem sectaris?

Mar. Quin ex arte, legeq; præscripta: & ea quidẽ vt necessaria, vt commoda satis, & non cõtemnenda.

Ven. Dicas ergo breuius, quò ad eius fieri poterit, artem istam interpretandi, & verborum seriem collocandi.

Mar. Primò ex certo quodam grammaticorum præscripto, inchoandum à Coniunctione, a Secundo Vocatiuo.

Tertiò, a Casibus anterioribus cum suis casibus: quod omne, grãmatici, uerbi suppositũ appellant.

Quartò, ab aduerbijs, quæ uerbi significationem declarant.

Quintò, à Verbis, quorum prius finitum, quod est modi indicatiui, vel imperatiui, vel optatiui, vel subiunctiui, capiatur, deinde vero infinitum.

Sextò,

Sextò, à Casibus posterioribus cum suis casibus.
Septimò, ab Vlterioribus, cum suis casibus.
Octauò, à Casibus accidētalib. ut sunt ablatiui causales, instrumētales, finales, tēporales, materiales. Septimus casus, atq; præpositionum quoque aduerbiorum & aliarum orationis partium casus, & huiusmodi: & ita omnia liquido constant & aperta in ordine recto.

Ven. Ita ne progrediendum in qualibet lectionis constructione?

Mar. Minimè; cum hanc constructionem relatiua, interrogatiua, partitiua, distributiua, & huiusmodi interpellent: qui ordo obliquus appellatur.

Ven. Nunc quid interius est in hac præceptione disquirendum?

Mar. Etiam: & primo puncti, qui sex existimantur. scilicet suspensiuus, Comma, Colon, Parenthesis, Interrogatiuus, & Periodus. postea vero Concordantia, Consecutio, Delectus, & Ordo.

Ven. Hæc omnia lucidius aperias quæso, & in hac ipsa lectione sensum aperias.

Mar. Quanquàm te Marce filij annum iā audientem Cratippum suspensiuus, qui hac uirgula terminatur hoc modo, idq; Athenis suspēsiuus, institutisq; philosophiæ, suspensiuus, abūdare oportet præceptis, suspēsiuus, propter summā, & Doctoris auctoritatem, suspensiuus, & Vrbis: Cōma, quod duobus punctis completur hoc modo: quorum alter te scientia augere potest, suspensiuus, altera exēplis; Colon

quod

quod fit unico puncto superius tendente hoc modo; tamen, suspensiuus, ut ipse ad meam utilitatẽ semper cum græcis latina coniunxi, suspensiuus. neque id in philosophia solum, suspensiuus, sed etiam in dicendi exercitatione feci, suspensiuus. id tibi censeo faciendum Comma, ut par sis in utriusq; orationis facultate. Periodus, quæ unico puncto deorsum tendente finitur, hoc modo. cætera in lectionis progressu ubi acciderint, exemplis Indicabo.

Ven. Rem propè singularem, & vix ætati tuæ consentaneam proponis, cum hæc uel peritissimo cuiq; ludi magistro digna uideantur, sed velim aperias quid sit Periodus.

Mar. Orationis continuatio usq; ad id, quò sensus cõcluditur: id est in lectione tota sententia, seu mauis orationis velut integrum quoddam corpus.

Ven. Num græcum sit nomen Periodus?

Mar. Scilicet, cum (auctore Quintiliano) latinè interpretetur ambitus, uel circunductus, uel continuatio, uel conclusio.

Ven. Cur ambitus, vel circunductus?

Mar. Quòd in orationis serie, ea sit uocum circuitio, ac comprehensio, qua & impletur, & absoluitur sententia.

Ven. Cur autem conclusio?

Mar. Quia non prius est periodus, quàm ad extremã clausulam perueniatur.

Ven. Quot sunt partes?

Mar. Duæ, Colon, & Comma. cum ex commatis fiãt

cola, & ex colis periodi.

Ven. Quid differunt Colon, & Comma?

Mar. Colon dictum est à corpore abscissum integrum membrum: Comma quasi trunca pars membri à corpore amputata.

Ven. In Colo, quid primum quærendum est?

Mar. Verbum opinor; conuenit enim ante omnia in uerbum inspicere, quid sibi id uelit, & quid agat, an sensum perficiat, vnde, quo feratur, idest quid à fronte, & à tergo coniungat, cur hūc potius, quàm illum casum admittat, cur præpositio intercedat, quid ei prosit aduerbiū, breuiter quo pacto quæq; dictio cum eo constructa sit, quandoquidem ex eo omnia pendent.

Ven. His ritè cognitis, quæ præterea sunt in his omnibus necessariò animaduertenda?

Mar. Ea ipsa, quæ in orationis partium constructione requiruntur, scilicet Concordantia & consecutio, seu ordinationis structuræ fundamenta. deinde Delectus, & Ordo.

Venu. Aggredere igitur ipsam orationis constructionem.

Mar. Quamquam ò Marce fili, idest ò dulcissime fili, oportet idest opus est, & necesse, te audientem idest qui audis, Cratippum, scilicet philosophiam à Cratippo eximio philosopho, iam annum scilicet integrum, & sine temporis intercapedine, & què pro &, id Athenis scilicet huiusmodi auditionem fieri in urbe celeberrima Athenarū, præ-

 sertim

sertim in litterarum studio, abundare, idest abundantem esse: & assluentem præceptis, idest disciplinis, & bonis moribus, & institutis scilicet dogmatibus, & documentis philosophiæ scilicet moralis, propter summam auctoritatem, idest eximiam existimationem, & scilicet partim doctoris, scilicet præceptoris tui Cratippi, & scilicet partim ob magnam auctoritatem, scilicet celebritatem, urbis scilicet Athenarum, quæ tūc temporis, optimarum artium mater erat, quorū scilicet doctoris, & urbis Athenarum: alter scilicet doctor, & præceptor, potest idest ualet, & potius est augere te, idest imbuere, & erudire te: scientia scilicet philosophiæ moralis, altera scilicet vrbs, potest augere, scilicet instruere te: exemplis, idest optimis moribus, & norma rectè viuendi.

Ven. Sanè quam ista mihi non minus lucida, quàm luculenta satis expositio placuit, modo uerò ni pigeat patrio sermone, & uernacula (ut uulgo aiūt) lingua aperias interpretata velim, priusquàm in lectione notanda subinseras.

Mar. Id equidem lubentissime exequar, quò penitus voti compos à me fias.

Ben che Marco figliuolo mio, conuien che tu, qual odi da Cratippo al tempo nostro gran Filosofo, già un'anno; che sij abondante si de buoni precetti, & ottimi costumi, si anco di buoni ammaestramenti della Filosofia morale,

morale, ſi per la grande auttorità, riputatione, & fama del tuo maeſtro, ſi anchora per il gran nome della Città di Athene, quale ſi chiama madre de tutte le buone arti, delle quali due, cioè del maeſtro, & della Città di Athene, l'una ti può riempire, & ammaeſtrare di ſcientia, e buone lettere, & l'altra, cioè Athene ti può iſtruire di buoni eſſempi, & creanze.

Ven. Non minus ſanè grata mihi extitit hæc patrio interpretata ſermone lectio, quàm ea, quàm eloquio latino expoſuiſti nuper: uelim itaque, ni graue fiat, ſi qua ſunt in ea notanda, obiter declares, & primo quæ conſtructio ſit hæc.

Mar. Tranſitiuam opinor, cum rei ad rem tranſitionem fieri uideamus.

Ven. Quid eſt conſtructio?

Mar. Eſt debita partium orationis ordinatio in ipſa oratione.

Ven. Quotuplex eſt conſtructio ſtricto modo?

Mar. Quatruplex. Tranſitiua, ut amo Deum: Intranſitiua, ut dormio: Reciproca, ut amo me: Retranſitiua ut amo te, quia tu amas me.

Ven. Conſtructioni quot accidunt?

Mar. Tria. Concordantia, Conſecutio, & Delectus.

Ven. Quid eſt concordantia?

Mar. Eſt orationis partium inter ſe certus in aliquot

accidentibus suis consensus.

Ven. Quotuplex est concordantia?

Mar. Triplex: Nominatiui cum verbo, Adiectiui cũ substantiuo, & Relatiui cum antecedente.

Ven. Sub qua concordantia est ista oratio. Quamq; te Marce fili annum iam audientem Cratippum?

Mar. Sub adiectiui cum substantiuo.

Ven. Ostende Substantiuum.

Mar. Te, quod loco substantiui hic habetur.

Ven. Contra si substantiuum, vnum, vel duos habet articulos, te uero nullum habet articulum, ergo nõ substantiuum.

Mar. Respondetur, quòd pronomina cum stent loco proprium nominum, quæ sunt substantiua, substantiuorum quoque vicem in oratione sortiantur oportet.

Ven. Ostende adiectiuum.

Mar. Audientem.

Ven. Contra, audientem est participium, ut liquidò patet, ego non adiectiuum.

Mar. Dico quod participium iunctum substantiuo à parte anteriori, adiectiui more conuenit, cum participium mutuetur a nomine, genus, & casum, & sic concordat cum antecedente in genere, nnmero, & casu: ut exigit conuenientia adiectiui cum substantiuo à fronte scilicet.

Ven. Te simpliciter, cuius generis?

Mar. Omnis; quia proprietatem omnis generis seruat in constructione.

Ven. Te Marce fili, hoc in loco te cuius generis?
Mar. Masculini, quia sic est illud cui adhæret.
Ven. Audientem cuius generis?
Mar. Communis, quia vtriq; generi masculino scilicet, et fœminino cōuenit ut eius articuli monstrāt, hunc scilicet & hanc.
Ven. Te cuius numeri?
Mar. Singularis, quia singulariter profertur, & sic audientem.
Ven. Quot modis potest discordare adiectiuum à substantiuo?
Mar. Septem; videlicet in genere solum: in numero solum: in casu solum: in genere, & numero simul: in numero & casu simul: in genere, & casu simul: in genere, numero, & casu simul.
Ven. Ostende nunc consecutionem?
Mar. Te audientem oportet.
Ven. Quid est consecutio?
Mar. Quod vnicuiq; orationis parti secundum exigentiam suam competit.
Ven. Te audientem vnde regitur?
Mar. A verbo oportet.
Ven. Quare potius ab oportet, quàm ab audientem participio?
Mar. Quia nulla pars orationis casu consequitur ante se, nisi verbum.
Ven. Oportet, quem casum iungit à fronte?
Mar. Accusatiuum, qui est te audientem.
Ven. Oportet, quem casum requirit à tergo?

Mar. Nullum, sed infinitum, loco casus.
Ven. Vbi est infinitiuus?
Mar. Abundare.
Ven. Oportet cuius generis?
Mar. Impersonalis.
Ven. Quot sunt genera verborum?
Mar. Duo: Personale scilicet, & Impersonale.
Ven. Quod est uerbum Impersonale?
Mar. Quod caret numeris, & personis distinctis.
Ven. Quale Impersonale?
Mar. Actiuæ vocis.
Ven. Quam regulam sub se hic ordo continet?
Mar. Quod à fronte obliquum, à tergo infinitiuum, vt plurimum, præsertim in primo, secundo, tertio, & quarto ordine, vt in Caphari grammatica liquidius patet.
Ven. Abundare præceptis, hæc consecutio cuius est partium orationis?
Mar. Verbi.
Ven. Qualis uerbi?
Mar. Neutri possessiui, licèt cum ablatiuo sine præpositione construatur, his a regula exceptis scilicet, Careo, Vaco, Abundo, Affluo, Exubero, & huiusmodi.
Ven. Institutisq́; quequæ pars est orationis?
Mar. Coniunctio.
Ven. Quare Coniunctio?
Mar. Quia coniungit cæteras partes orationis.
Venu. Institutis philosophiæ, cuius est partium

ora-

orationis?

Mar. Nominis, Quod à tergo poteſt genitiuum poſſeſ ſiuè ſibi aſciſcere, ut liber Petri, & hoc ex natura poſſeſſionis.

Ven. Propter ſummam auctoritatem, quæ nam conuenientia eſt iſta?

Mar. Adiectiui cum ſubſtantiuo.

Ven. Oſtende ſubſtantiuum?

Mar. Auctoritatem.

Ven. Quod eſt ſubſtantiuum?

Mar. Quod vnum habet articulum, vel duos ad ſummum.

Ven. Quale ſubſtantiuum?

Mar. Appellatiuum.

Ven. Quotuplex eſt ſubſtantiuum?

Mar. Duplex, Proprium vt Hieronymus: Appellatiuum, ut magiſter, & homo.

Ven. Vnde dicitur ſubſtantiuum?

Mar. A ſubſto, quia per ſe ſubſtat.

Ven. Oſtende adiectiuum?

Mar. Summam.

Ven. Quod eſt adiectiuum?

Mar. Quod habet tres diuerſas voces, vel tres articulos.

Ven. Vnde dicitur adiectiuum?

Mar. Ab adijcio, quia per ſe ſtare non poteſt, niſi adijciatur ſubſtantiuo.

Ven. Quare inuentum eſt adiectiuum?

Mar. Vt determinaret ſubſtantiuum.

Ven. Quæ conuenientia adiectiui cum substantiuo?

Mar. Vt in genere, numero, & casu concordent, vt hic ritè conueniunt, nam auctoritatem est generis fœminini, numeri singularis, casus accusatiui, & summam eiusdem generis, numeri, & casus.

Ven. Cur summam, est generis fœminini?

Mar. Quia est secunda vox adiectiui trium vocum.

Ven. Cur auctoritatem est fœminini generis?

Mar. Quia declinatur per hæc.

Ven. Hæc cuius generis?

Mar. Nullius, quia omne id, quod est signum generis non est alicuius generis.

Ven. Quid est genus in nomine?

Mar. Est exploratio sexus, quæ fit per vocem carentem genere, nam illa vox nō est genus, sed id, quod per eam intelligimus.

Venu. Cur igitur auctoritatem dixisti esse fœminini generis, quod declinatur per hæc, si hæc est nullius generis?

Mar. Dico quod aliud est per se sensus esse fœminini, aliud fœmininum indicare genus, nunc uero auctoritatem dicimus esse fœminini generis, & hæc articulus demonstrat illud esse fœminini generis.

Venu. Auctoritatem, quid uernacula lingua significat?.

Mar. Riputatione, Stima, Fama, Nome, & Credito.

Ven. Summam auctoritatem vnde regitur?

Mar. A præpositione propter.

Ven. Si præpositio, quomodo præponitur: per compositionem an per appositionem?

Mar. Per appositionem, idest per regimen casus.

Ven. Præpositio quem casum regit à fronte?

Mar. Nullum, quia nulla pars orationis iungit casus ante se, nisi uerbum.

Venu. Quot igitur casus à tergo iungit sibi præpositio?

Mar. Duos: Accusatiuum scilicet, & ablatiuum.

Ven. Propter, cui casui seruit?

Mar. Accusatiuo.

Ven. Ostende regulam?

Mar. Ad, Apud, Ante, cum reliquis: sunt præpositiones accusatiuo seruientes: A, abs, ab, cũ reliquis, sunt præpositiones ablatiuo deseruientes.

Venu. Num recte diceretur per summam auctoritatem?

Mar. Minimè, quandoquidem per significat effectum, & propter caussam.

Ven. Num recte diceretur pro summa doctoris auctoritate?

Mar. Nequaquam ad hunc sensum, quia pro, commodum uel damnum, honorẽ uel dedecus secum affert & propterea ab, uel propter dici oportuit.

Ven. Doctoris, quænam est exigentia?

Mar. Substantiui à tergo cum genitiuo ex natura possessionis.

Ven. Dic regulam.

Vnum

Mar. Vnumquodque substantiuum post se genitiuum possessiuè admittere potest, vt in familiaribus auctor ait: Tanta est magnitudo tuorum erga me meritorum.

Ven. Quorum quæ figura est? cum urbis sit fœminini generis, & quorum masculini?

Mar. Sylepsis, quæ conceptio dicitur, cum magis dignum concipiat minus dignum, vt Petrus, & Maria boni: ego, & tu legimus: Dux & milites militant: & in casu, vt Remo cum fratre Quirinus iura dabant.

Ven. Alter quale nomen est?

Mar. Partitiuum duorum.

Ven. Quid est partitiuum?

Mar. Quod partem significat, & est duplex: duorum tãtum, & plurium; partitiua duorum sunt, alter, neuter, vter, vterq;, & huiusmodi: plurium vero alius, aliquis, quis, omnis, quidã, quilibet, nullus, & cætera: Partitiuum ante se genitiuum exigit, uel ablatiuum cum præpositione, & tria requirit, totum scilicet, partes, & quod pars regat totum; vt animalium, vel ex animalibus aliud rationale, aliud irrationale.

Ven. Te cuius casus?

Mar. Accusatiui.

Ven. Ex qua parte?

Mar. Posteriore.

Ven. Ex qua ui?

Mar. Rei patientis.

Ven.

Ven. Ex qua natura?

Mar. Transitionis uel ex natura actus illati.

Ven. Scientia cuius casus?

Mar. Ablatiui.

Ven. Vnde regitur?

Mar. A verbo augere.

Ven. Ex qua parte?

Mar. Vlteriori.

Ven. Ex qua ui?

Mar. Neq; agentis, neq; patientis.

Ven. Ex qua natura?

Mar. Caussæ efficientis.

Ven. Cur non patiens?

Mar. Quia in Transitiuo, & Effectiuo uerbo res dignior est, vt plurimum, patiens, & quia te est dignius, quia animatum, propterea te est patiens, & non scientia.

Ven. Augere, cur non abundare dixit?

Mar. Quoniam abundare significat passionem innatam, augere uero significat actionem: quandoquidem augemus alios, & nos ipsi abundamus re aliqua, idest abundantes sumus: altera refert urbs Athenarum, potest augere te exemplis.

Ven. Num aliqua in hac lectione occurrunt tibi notanda?

Mar. Quàmplurima, si audire non pigebit.

Ven. Ecquid mihi erit audire gratius?

Mar. Non itaque referre aliqua etiam mihi graue fiet, & molestum: & primò, Quamquam, Tametsi,

Et

Etsi in orationis principijs ponuntur, & cum indicatiuo iunguntur: Quamuis, & Licet in media oratione & cum subiunctiuo copulantur: ut Rhethoricorum primo Cicero ait, Etsi negotijs familiaribus impediti, uix satis ocium suppeditare possumus: et in familiaribus, Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo.

Ven. Cur Te Marce fili, & non te Marcum filium.

Mar. Quia quoties fit sermo ad secundam personam, tunc usitatius ad quem fit sermo, is in uocatiuo locatur: ut tua Francisce interest legere, ut Virgil.

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui musam meditaris auena.

Ven. Si generali regula præcipitur, quod nomina propria secundæ influxionis emittentia genitiuos singulares in duplex ij, uocatiuos in unicum I terminant, secus uero appellatiua, cum in e desinant, ut lanius lanie, cupedinarius cupedinarie?

Cur filius ut appellatiuum more proprium nominum in I terminat, & non in E, ut appellatiua.

Mar. Non nulla sunt nomina, quæ differentiæ gratia, & ut tollatur ambiguitas, à generali regula recedunt, ut filius desinit in uocatiuo in i, ut differat à filia filiæ.

Ven. Cur annum dixit & non anno?

Mar. Quia quoties Quantum temporis significamus tunc accusatiuo: cum vero Quando, tunc ablatiuo utimur, Vt Vergilius.

Noctes atq; dies patet atri Ianua Ditis.

Ven. Audientem, de quot partibus orationis est?

Mar. De Octo.

Ven. De quibus?

Mar. De declinabilibus.

Ven. De quot declinabilibus?

Mar. De quatuor.

Ven. De quibus?

Mar. Participium.

Ven. Quid est participium?

Mar. Pars orationis declinabilis cum casibus, & tẽporibus à uerbo personali descendens.

Ven. Vnde dicitur Participium?

Mar. A parte, & capio, quia partem capit à nomine, partemq; à uerbo.

Ven. Quare inuentum fuit Participium?

Mar. Caussa breuitatis & ornatus.

Ven. Quem casum exigit ante se participium?

Mar. Nullum, quia nulla pars orationis regit ante se, nisi uerbum.

Ven. Post se quem casum exigit?

Mar. Casum sui uerbi vnde formatur.

Ven. Ostende casum?

Mar. Cratippum.

Ven. Videtur in consecutione participij discordasse Ciceronem, Cum à Cratippo, & non Cratippum, dicẽdum esset, quia dicimus audio hoc à magistro, & non magistrum.

Mar. Hoc dictum puto per figuram Antiptosim, cum præter accusatiuũ nec alius posterior casus exprimatur,

matur, & sic dicimus, audio magistrum idest lectionem à magistro.

Ven. Audientem cuius temporis?

Mar. Præsentis, & præteriti imperfecti.

Ven. Cuius casus?

Mar. Accusatiui.

Ven. Quomodo concordat istud participium cum antecedente?

Mar. Sicut adiectiuum cum substantiuo vt plurimum.

Ven. Vnde regitur audientem?

Mar. Ab impersonali verbo oportet.

Ven. Varia uerbum hoc oportet.

Mar. Oportet, Opere pretium est, Opus est, Necesse est, Oportunum est.

Ven. Cur indiges non dixeris?

Mar. Quia diuersa est proprietas huius uerbi indiges ab oportet, & consimilibus, quia indigeo significat indigentiam, & egestatem quandam, oportet uero necessitatem.

Ven. Athenis, cur non in Athenis.

Mar. Quia nomina propria aduerbialiter posita præpositionem nullam admittunt, ut hic.

Ven. Cur potius Athenis quàm Athenas.

Mar. Quia nomina propria pluraliter declinata: vel tertiæ declinationis, ablatiuum sine præpositione sibi uendicant, si statum significent, uel per modum quietis.

Ven. Abundare quis modus est uerbi?

Mar.

Mar. Infinitus personalis.

Ven. Quomodo construitur à fronte?

Mar. Cum accusatiuo, iuxta uerbi consecutionem à parte anteriori, post se uerò cum casu sui uerbi construitur.

Ven. Abundare, quotæ personæ uel numeri?

Mar. Nullius, quia omnia Impersonalia, Infinita, Gerundia, & Supina numeris, & personis deficiunt, & genera non discernunt.

Ven. Quomodo patrio sermone diceretur?
Per trouarti in Roma, ti conuien che di buona creanza sij ripieno, acciò tu possi tutti altri di quella abondantemente riempire.

Mar. Cum Romæ sis, te urbanitate optimisq; institutis abundare oportet, ut ea cæteros augere ualeas.

Ven. Di tuo padre, & di tua madre, l'un piu da bene dell'altro, l'uno & l'altro s'han fatto grande honore.

Mar. Tuorum parentum, quorum alter fuit altero melior, uterq; maximum sibi decus comparauit.

Ve. De numero multitudinis exẽplũ præbeas uelĩ, ut.
Di due lettere, l'una più elegãte dell'altra, l'una e l'altra me ha dilettato.

Mar. Binarum litteratum, uel ex binis litteris, quarum alteræ sunt elegantiores alteris, utræque me plurimum delectarunt.

Ven. Cum satis superq; abunde dixeris, usq; ad hoc colon. uelim, si placeat, ubertim quoq; ad periodum usque orationem progrediaris, & illius dilucidam declara-

declarationem aperias.

Mar. Id equidem oneris lubentiſſimè ſuſcipere non pigebit: cùm te uirum non minus mei cupidiſſimum quàm cuiusq; disciplinæ ſolertiſſimum cultorē nouerim, & primò tamen, ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum græcis latina coniunxi.

Ven. Priuſquam ad periodum uſq; peruenias, interpretationē præmittas, deinde uero ſi qua ſuerint notanda, ſubinferas, ne ſæpius eadem repetita uideatur oratio.

Mar. Ita ut iubes, eſſiciam: Tamen ut ideſt quēadmodum, ipſe pro ego, Semper coniunxi ideſt ſubtexui, & copulaui; ad utilitatem meam ideſt commodū, & fructū, latina ſcilicet res & materias latinas, cum Græcis ſcilicet dogmatibus: neq; ſolum ideſt tantummodo; feci ideſt laboraui, & curaui, id ſcilicet huiuſcemodi copulatione latinorum cum græcis: in philoſophia ſcilicet morali, ſed etiā feci in exercitatione dicendi, i. in ſtudio artis oratoriæ, in qua non mediocriter uerſatus eſt Cicero: ego Cēſeo id eſt iudico, & exiſtimo idem eſſe faciendum ideſt quod te facere oporteat, ut ſis par. i. æqualis, & æquè doctus, in facultate ideſt in doctrina, & ſcientia: utriuſq; orationis, ſcilicet tàm philoſophicæ quàm oratoriæ, & ita claudo periodum.

Ven. Si qua fortè notanda occurrerint, ea dilucidare ne pigeat rogo, cum ſiquidem huiuſcemodi declaratione vocabulorum, nec quicquam uideo utilius, neq; uerò iucundius aſſerri poſſe, præſertim tyrunculis

culis in grammaticis institutionibus.

Mar. Id exequar, & stilo ac superiori ordine prout decentius, & appositius à me dici poterit, & primò seruando recte constructionis regulam, prout orationis partes hic sibi consequi uidebuntur, ordinem constituam.

Ven. Tamen: quæ coniunctio est?

Mar. Aduersatiua; ut in hoc loco aduerbium est similitudinis.

Ven. Ostende conuenientiam orationis partium?

Mar. Ipse coniunxi.

Ven. Ostende uerbum?

Mar. Coniunxi.

Ven. Indica nominatiuum à fronte?

Mar. Ipse.

Ven. Conuenit ne huic satis cum illo?

Mar. Conuenit.

Ven. Fac planum?

Mar. Ipse est nominatiuus singularis numeri, primæ personæ, coniunxi est uerbum, item singularis numeri, primæ personæ: ergo ritè concordant.

Ven. Quid? non tradunt Grammatici omneis nominandi casus esse tertiæ personæ, præter ego, et nos, qui sunt personæ primæ, tu, & vos secundæ.

Mar. Tradunt.

Ven. Tenes regulam?

Mar. Teneo.

Ven. Profer in medium?

Mar. Omnia nomina, pronomina, & participia sunt

tertiæ personæ, exceptis &c.

Ve. Qui fit igitur, ut illud ipse hic sit primæ personæ?

Mar. Quid, quod idem posset esse secundæ, si uerbum secundæ foret.

Ven. Ain verò?

Mar. Quippe, quod sit cuiusq; personarum, indiscriminatim, ut ipse lego, ipse dormis.

Ven. Da uerbi consecutionem?

Mar. Coniunxi uerbum personale actiuum transitiuum à frõte nominatiuum exigit agentem ut ipse.

Ven. Da uerbi casum à posteriore?

Mar. Latina.

Ven. Quis casus est?

Mar. Accusatiuus.

Ven. Vnde regitur?

Mar. A uerbo coniunxi.

Ven. Ex qua parte?

Mar. Posteriori.

Ven. Ex qua vi?

Mar. Rei patientis.

Ven. Ex qua natura?

Mar. Transitionis.

Ven. Cum græcis, quæ nam exigentia?

Mar. Præpositionis.

Ven. Quomodo construitur?

Mar. A tergo cum ablatiuo, & hoc quando significat concomitantiam, nam si instrumentum significaret, præpositionem non admitteret.

Ve. Quot sunt ablatiui, qui regũt sine præpositione?

Sex.

Mar. Sex. Instrumentalis, Causalis, Finalis, Temporalis, Materialis, & Absolutus.

Ven. Ad meam utilitatem: hæc præpositio Ad, quo modo præponitur?

Mar. Per appositionem id est per regimen casus.

Ven. Si præpositio dicitur à præponendo, cur cæteris orationis partibus non præponitur?

Mar. Quoniam tantum præponi debet, quantum exigit illius consecutio, & non citra illam.

Ven. Meam, si est pronomen, & pronomen ponitur loco proprij nominis, utilitatem est nomen appellatiuum, & non proprium, ergo hic pronomen non ponitur loco proprij nominis.

Mar. Est regula quod nomen appellatiuum iunctum pronomini transit in proprium.

Ven. Vtilitatem per se cuius erit qualitatis?

Mar. Communis dicerem, quia multis conuenit.

Ven. Hic autem cum in proprium transeat, cuius qualitatis dicemus?

Mar. Opinor propriæ, quia iunctum est pronomini.

Ven. Neq;, quæ pars orationis?

Mar. Aduerbium, uel coniunctio.

Ven. Cuius significationis?

Mar. Negandi: ut non, nec, neque, haud, minimè, nequaquam.

Ven. In philosophia, cur potius de morali, quàm de sermocinali, & naturali hic intelligitur, cum triplex sit philosophia, naturalis, sermocinalis, & moralis?

Mar. Quia moralis per antonomasiam, ideſt excellentiam cæteris præſtat, quia bene beateq; uiuendi ſcientiam exhibet, & propterea de morali.

Ven. Vbi nam hic patet conſecutio?

Mar. Feci id.

Ven. Vbi ſuppoſitum uerbi?

Mar. Eſt tacitum ſcilicet ego, quia prima, & ſecunda perſona non exprimuntur in uerbo, niſi emphaticè, uel demonſtratiuè.

Ven. Quo nam modo congrua hæc erit conſecutio?

Mar. Quod ego eſt primæ perſonæ, ſingularis numeri, feci eiuſdem perſonæ, & numeri propterea congruè.

Ven. Cur feci conſtat eſſe primæ perſonæ?

Mar. Quoniam primam quamq; vocem verbi habentis tres perſonas, conſtat eſſe primæ perſonæ, ſecundam ſecundæ, tertiam tertiæ.

Ven. Vbi erit appoſitum uerbi?

Mar. Id.

Venu. Quare accuſatiui potiuſquam nominatiui caſus?

Mar. Quia uerbum iungit accuſatiuum à tergo, quod eſt id, nam ſi nominatiui eſſet, tunc diſcordaret in conſecutione uerbi, quod eſt abſurdum.

Ven. In philoſophia, cur potius in nō ſeruit accuſat. ſicut ablat. cū ſit præpoſitio ambigua utriq; ſeruiēs?

ar. Quia per modum quietis, & ſtatus ablatiuo deſeruit, ut hic, per modum verò motus, qui hinc abeſt, ſeruit accuſatiuo.

Sed

Ven. Sed, quæ pars orationis?

Mar. Coniunctio, quia coniungit partes orationis.

Ven. Cuius potestatis?

Mar. Aduersatiuæ.

Ven. Dic aduersatiuas?

Mar. Ac, sed, uerò, porrò, atq;, &c.

Ven. Etiam Coniunctio, cuius erit potestatis?

Mar. Copulatiuæ.

Ven. Da aliquas copulatiuas.

Mar. Et, q;, atq;, at, etiam, simul, &c.

Ven. In dicendi exercitatione, si In, seruit ablatiuo, uel accusatiuo, cur non dicitur in dicendo uel dicendum?

Mar. Quia regitur ab ablatiuo exercitatione. & hoc fit ornatus gratia cuius est regula, ut præpositio interponatur suo regenti, ut hic.

Ven. Dicendi quæ pars est?

Mar. Licet adhuc sub Iudice lis pendeat, dicemus tamen nomen esse participale, cum si quidem casus habeat more nominis, & sine tempore, post se uerò uerborum instar casum regit.

Ven. Quot sunt terminationes gerundij?

Mar. Tres in Di, do, dum.

Ven. Quot casus?

Mar. Quinq;. Nominatiuus ut pacemq; a Rege petendum. Genitiuus ut dicendi exercitatione. Datiuus, ut non sum tibi soluendo. Accusatiuus, ut inter legendum spuo. Ablatiuus, ut in legendo proficio.

Ven. Cui debetur gerundium nominatiui casus?

Mar. *Verbo substantiuo acquisitiuè, & necessitatem significat, quia resoluitur in opus est, seu oportet, et infinitiuum sui uerbi, vt legendum est lectionem, idest, opus est, seu oportet legere lectionem.*

Venu. Quibus adhærent gerundia in Di *genitiui casus?*

Mar. Certis quibusdam nominibus substantiuis, vt non est tempus ludendi, sum cupidus discendi, & venio huc causa proficiendi, et sic tribus modis hoc vtimur gerundio.

Ven. Quibus iunguntur gerundia in Do *datiui casus?*

Mar. Hæc admodum sunt pauca & his modis vtimur: vt.

Io non ho da pagarti.

Non sum tibi soluendo.

Quando il defensore, ò colui che è accusato.

Cum est inficiando accusatori reus.

Questi pomi non sono anchora maturi a mangiare.

Mala non dum comedendo matura sunt.

Ven. In Dum *gerundia accusatiui casus vnde dependent?*

Mar. Ab his præpositionibus, scilicet ad, inter, ante, ob, vt ad dicendum locus ornatissimus est uisus interlegendum multa enarro, & cætera Gerundia in do ablatiui casus adduntur his ferè præpositionibus: in, de, e, ex, a, uel ab, cum, pro, in legendo multum proficio, Tu cogitas de redeundo in patriam, ex defendendo, quàm ex accusando

vberior

vberior gloria comparatur: Verbum dicitur à uerberando: Ratio rectè scribendi cum loquendo coniuncta est: vapulando quid petij feram? gerundiuo uero nomine utimur ut plurimum quando uerbum exigit post se accusatiuum patientem, aliter eo rarò uti licet.

Ven. Cur dicendi, & non orandi, uel narrandi vel indicandi Cicero dixit?

Mar. Quia dicunt oratores, narrant hystoriagrophi, iudicant philosophi, canunt poetæ, ut inferius ipse auctor latius explicabit, docti aliquantulum se arbitrentur adeptos, et ad dicendũ, et ad iudicãdum.

Ven. Quid interest inter facere & efficere?

Mar. Facere est in opere esse: efficere uerò est in effectũ perducere, & rem perfectam dare.

Ven. Dic latinè.

Tu non saprai fare, che li cani non sempre abbaiano à quelli, che non conoscono.

Mar. Non efficies, ne canes semper adlatrent ignotos.

Ven. Rursum.

Titio ha fatto che li suoi han uento un buon beneficio con la lite.

Mar. Titius effecit, vt optimum sacerdotium lite sui euicerint.

Ven. Profer, si quid aliud inest elegantiæ?

Mar. Ha fatto tanto col suo inganno, che in fine il suo figliuolo ha preso questa donzella.

Efficit dolo, ut filius tandem virginem hanc duxerit, dicitur quoq; effectum dare pro efficere: ut.

Fà ciò che a te piace, che non farai quel lo.

Facias satis licet, id certe effectum non dabis.

Ven. Idem, quæ pars orationis erit?

Mar. Pronomen deriuatum ab is, ea, id, & demum.

Ven. Faciendum quid propriè significat?

Mar. Necessitatem quandam, & est gerundium in Dum, cuius uis ut plurimum significat quod patrio sermone dicitur.

E debisogno, conuiene, si deue, sei sforzato, te è forza di fare il medesimo.

Idem faciendum est tibi, & tunc frequentius cum octauo casu a tergo, ut mihi, tibi, Titio, & cætera, pro à te, à me, à Titio.

Ven. Vt, Cuius potestatis?

Mar. Copulatiuæ.

Ven. Quæ sunt coniunctiones copulatiuæ?

Mar. Vt, &, que, atq;, ac, etiam, simul, cùm, tùm.

Ven. Vt, quotupliciter ponitur in oratione?

Mar. Multifariam, ponitur enim pro sicut, & tunc est aduerbium similitudinis: ut.

Io son dotto come sei tu.

Sum doctus, ut es tu, ponitur pro postquam, ut.

Poi che si parti Titio, vēne ī luogo suo Scipione

Vt abijt Titius, successit Scipio: ponitur coniuncti uè & tunc asciscit sibi subiunctiuum, ut.

Te insegno acciò impari.

Doceo te ut discas, sed quando ponitur aduerbialiter pro sicut: tum iungitur cum indicatiuo, & interdum cum subiunctiuo ut studes.

Ven.

Ven. *Par quot modis ponitur in oratione?*

Mar. *Multis, par idest æquale, ut sum par tibe in hac re, idest æqualis: par est ut huc venias, idest consentaneum, decens, & iustum.*

Ven. *Quale nomen est utriusq;.*

Mar. *Partitiuum duorum, ut.*

Di due miei scolari, l'vno e l'altro fa profitto.

Duorum discipulorum vterq; proficit, & nõ unus et alter, Sed si diceretur.

Di due lettere l'vna più breue dell'altra, l'vna e l'altra ho letto.

Fit, binarum litterarum quarum alteræ sunt breuiores alteris, utrasq; legi, et nõ utranq; quia semper refert antecedens substantiuum, quod hoc in loco est numeri multitudinis, carens singulari.

Ven. *Orationis quid hic significat?*

Mar. *Dogma, et linguã, tàm græcam, quàm latinam.*

Ven. *Quid est igitur Oratio, quæ fit ex partibus Orationis?*

Mar. *Est congrua dictionum ordinatio, cõgruam, perfectamq; sententiam demonstrans.*

Ven. *Facultas, quomodo latio sermone profertur?*

Mar. *Possibiltà, latinè uero facultas, significat hoc nomen oportunitatem, commoditatem, copiam.*

Ven. *Quid rogo illud est, quod magis studia conturbet, plurimosq; impediat?*

Mar. *Vsus, et consuetudo uulgaris, quæ sic facilè emendabitur, si duo hæc sibi in auctorib. legendis, suisq; conferendis proponantur. Primum ut perspiciat*

ſpiciat eos loquendi modos, in quibus latina lingua à uernacula diſcedat, aut etiam ſuperet, Deinde ut vſitate nunc in ſcholis linguæ Latinæ Barbariem corrigat.

Ven. Placet ſuperq; ſatis hæc tam doctè, tamq; luculenter, & ex amiſſim interpretata abs te audiſſe. ſupereſt ut in huiuſcemodi litterarum te ſtudio aſſiduè exerceas, quo inter claſſicos ludi magiſtros merito adſcribi poſſis, cum primum alias uacarit, de hiſce, deq; cæteris litterarũ ſtudijs vnà ſermonem habere, commẽtari atq; peracutè diſſerere licebit, & ea diſquirere, quæ uel à ceteris prætermiſſa nouimus, vel non indagata, neq; in optimum ordinem redacta, propemodum deſperata ſunt, quod ex eo licet inſpicere, cum per multos nouerimus auctores, qui uel neſcio qua ſocordia, quàuc inertia, & ſegnitie pleraq; omiſerunt, quæ non paruam ſanè utilitatem, fructumq; poſteris afferre poſſent, & frugem uberiorem gignere, atq; parare. Hæc obiter à nobis hactenus, diſputata & in hanc ſeriem redacta ſatis tibi eſſe quàm maximè cuperem, ſi qua dehinc in hoc fortaſſe orationis genere deſiderabuntur, ea ſciſcitari, tuoq; pro arbitrio percunctari non erit graue. Vale.

FINIS.



DE PVRO, ET EMENDATO SERMONE, A' LATINIS AVCTORIBVS OBSERVATO COMPENDIOLVM,

Auctore Hieronymo Capharo Salernitano.



Abondare alcuno.



RATIPPO *abondò Marco di Scienza.*

Cratippus ſcientia Marcum auxit: & non abundauit.

Abondare di qualche coſa.

Roma abonda di precetti, & buoni ammaeſtramenti.

Roma præceptis optimis, & inſtitutis abundat, potiuſquàm aucta eſt.

Abbruſciare una perſona.

Li Turchi hanno abbruſciato molti Chriſtiani.

Turcæ complures Chriſtianos combuſſerunt, frequentius

frequentius quàm incenderunt.

Abbrusciare un luogo.

Li Greci abbrusciorno Ilio.

Græci Ilium incenderunt. crebrius, quàm combusserunt.

A che proposito.

A che proposito, ò a che effetto tu dici questo.

Quorsum hoc ais: & non ad quod propositum.

Accampare, ò porre campo.

Cesare accampò, ò pose campo in quello di Tessaglia.

Cæsar in Aemathijs campis castra posuit: & non posuit campum, uel agrum.

Accettare per amico.

Cesare accettò Cicerone per amico.

Cæsar in amicitiam Ciceronem recepit: & non pro amico.

Accettare per Cittadino.

Quelli di Eraclea accettorno Archia per lor Cittadino.

Eraclienses Archiam in suum municipium ascripsere, & non pro conciue acceperunt.

Accettare nella sua fede.

Io accettarò Marco nella mia fede.

Marcum in fidem meam recipiam: & non accipiã in fide mea.

Accettare per figliuolo.

Io accetto Gio. Paolo per figliuolo.

Ioannem Paulum loco filij esse mihi duco: & non recipio pro filio.

Accorgersi di qualche cosa.

Marco si è accorto della tua asinaria, ò bestialità.

Marcus indignitatem tuam perspectam habuit, vel subodoratus est, & non sensit de tua indignitate.

Accompagnare, ò tenere compagnia ad alcuno.

Io t'accõpagnarò, ò tenerò cõpagnia ouunque uorrai.

Eò vsque quò uoles, te comitabor, & non tenebo tibi societatem.

Accostare una cosa ad un'altra.

Non accostare il corpo alla tauola.

Ne mensæ corpus admoueas, & non, ne adhæreas corpus.

Accostarse ad uno.

Io mi accostarò alli fauoriti del Prencipe.

Apud Principem gratiosis adhærebo, magis propriè, quàm admouebo.

Acquistare la gratia, ò fauore di alcuno.

Sempronio ha acquistato la gratia del Papa.

Sempronius à Summo Pontefice gratiam iniuit; elegantius, quàm acquisiuit gratiam Summi Pontificis.

Acquistare qualche cosa, con il fauore di alcuno.

Martio ha acquistato questo con il fauore di Pietro.

Per Petrum id Martius adeptus est. expolitius, quàm fauore Petri acquisiuit.

Ad un dì à posta.

Io te uerrò à trouare un giorno à posta, ò determinato.

Ad diem te conueniam, & non ad præfixam, uel præordinatam diem.

Ad instantia d'alcuno.

Filippo ha fatto questo ad instantia mia, & non d'al trui.

Suasu meo, uel me suasore, uel suadente Philippus id egit, & non instantia, uel ad instantiam meam.

Affermare qualche cosa con giuramento.

Io giurarò di questo, ò affermarò questo con giuramento.

Id Sacramento contendam, purius quàm iuramento affirmabo.

Al Tempio, ò Chiesa d'Apolline.

Clodio andò da donna al Tempio della Dea buona.

Clodius fœmineo cultu ad Diuæ bonæ perrexit, potiusquàm ad Templum vel Aedem Diuæ bonæ; sic etiam in Apollinis, & Martis.

Alleggerire alcuno da qualche cosa.

Guido me ha alleggerito da molti dispiaceri, & fastidij.

Guidus plurimis me molestijs leuauit, & non leuiauit, nec alleuiauit.

Allegrare alcuno.

La uenuta de M. Euangelista Argenteo à Roma, ha ralle-

rallegrato oltramodo il Cafaro.

Euangelistæ Argentei aduentus ad Vrbem, maximo gaudio Capharum affecit, uel magnopere exhilarauit, uel non exiguam lætitiam attulit, & non gauisus, uel lætatus est (ut aiunt) Barbari.

Alli dì passati.

Alli dì passati M. Pietro Argenteo comparse quì.

Exactis, uel superioribus diebus Petrus Argenteus hic præstò fuit. Latinius, quàm elapsis, uel præteritis diebus.

Al presente.

M. Filippo Venuti al presente tiene scuola publica in Venetia.

Philippus Venutius in præsentia Venetijs publicè docet, frequentius quàm in præsentiarum.

A mia uoglia, ò beneplacito.

Io me ualerò di M. Pietro Paulo à mia voglia, ò à mio piacere, ò beneplacito.

Meo iure, vel pro meo iure, Petro Paulo vtar, & non ad meam uoluntatem, nec ad beneplacitum, nec meo modo.

Annullare una cosa.

Annullarò questa cosa.

Rem hanc extenuabo; & non annullabo neque annihilabo.

Andare bene le cose sue.

Le cose tue andaranno bene.

Res tuæ benè habebunt, uel bene se se habebunt,

bunt, uel præclarè agetur de rebus tuis: & non benè ibunt.

Andare al soldo.

Sempronio andò al soldo, & tra pochi giorni tornò dal soldo.

Sempronius ad militiam profectus est, atq; à militia rediјt, cum præpositione crebrius, quam sine.

Andar' in contra.

Guido è andato in contra à Martio.

Guidus Martio obuiam iuit, & non obuiauit.

Arme della casata.

Queste son le arme di casa Casara.

Hæ sunt imagines Capharæ familiæ. latinius quàm arma, uel insigna.

Artista.

Costui è artista, ò legista?

Num hic philosophiam an leges profitetur? potius quàm Num hic artista est, an legista? nisi ad Græcos veniamus, vt Lanista, & Sophista.

Attitudine a qualche cosa.

Curtio mostra attitudine à tutte cose.

Curtius ad omnia dexteritatē habet, potiusquàm attitudinem.

Andare innanzi ad alcuno.

Titio è andato innanzi, ò alla presentia del maestro.

Titius præceptoris uultum subiјt. Latinius quàm iuit in præsentiam præceptoris.

Adulare, ò Applaudere.

Titio adulaua tutti.

Titius

Titius omniũ auribus aliquid dabat, potiusquàm applaudebat.

Attristare alcuno.

La morte di Sẽpronio ha molto attristato Gio. Paulo.

Sempronij obitus Ioan. Paulum non mediocri tristitia affecit, & non mœruit, vel tristatus est.

Auuedersi, ò accorgersi di qualche cosa.

Io me son auisto, & accorto della tua tristitia.

Improbitatem tuam perspexi: politus quàm uidi.

Ascondere qualche cosa ad altri.

Io non ti ho nascosto li miei secreti.

Arcana mea, vel de meis arcanis non celaui: & non latui.

Titio si è nascosto.

Titius latuit, potiusquàm celauit se.

Ascondersi in qualche luogo.

Titio se nasconderà in qualche luogo.

Titius in aliquem se locum abdet, magis est Ciceronianum, quàm in aliquo loco.

Auanzare alcuna cosa.

Teofilo ha auanzato dieci scudi per volta in queste mercantie.

Theophilus in his mercibus denos aureos lucratus est, & non superauit.

Auanzare alcuno in qualche cosa.

Marco auanza tutti di bontà.

Marcus superat uel præstat omnibus animi probitate, & non lucratur.

Auanzare ad alcuno qualche cosa.

A me più presto auanzano che mancano denari.

Nummi mihi potius supersunt, quà desunt, & non præstant, neq; lucrantur.

B

BANDIRE ALCVNO.

Il Gouernatore ha bandito molti marioli da Roma.

Prætor complures manticularios ex Vrbe relegauit, & non exulauit, neq; exulauerunt à Prætore.

Bandirsi, ò esser bandito da qualche luogo.

Tutti li furfanti sani & guariti son stati sbanditi da Roma.

Omnes mendici firmo corpore ab Vrbe exularunt, frequentius quàm relegati fuerunt.

Basciare.

Titio bascia spesso ne gl'occhi la sua fanciulla.

Titius sæpe puellæ suæ oculos dissuauiatur.

Barbiere.

Maestro Francesco barbiere mi ha lauato la testa.

Franciscus tonsor, caput meum lauit, & non barbitonsor.

Battere moneta.

Il Duca de Firenze fa battere moneta.

Dux Florentiæ argentum signandum curat, purius quàm excudendam monetam.

Beneficio.

Titio ha hauuto la gratia del beneficio de S. Marco.

Titius D. Marci sacerdotium est assecutus. Latinius

nius quàm beneficium.

Beneficiare, cioè far del bene.

Sempronio ci ha fatto del bene.

Sempronius nos beneficijs affecit, uel ornauit: potius quàm benefecit.

Benedire.

Il Papa l'ha benedetto.

Summus Pontifex benedixit, & non comendauit.

Ben'correggersi.

Mutio si ha ben corretto.

Mutius retractauit, uel correxit utiq; errorem; potius quàm benè se correxit.

Bombarda.

Il Castellano ha fortificato la Rocca di Bombarde, ò artigliarie.

Perfectus arcis, tormentis æneis, vel balistis muniuit arcem, potiusquàm bombardis, vt Doletus sentit.

Biancheggiare qualche cosa.

Titio ha biancheggiato due mura con il medesimo bianco.

Titius duos parietes de eadem fidelia dealbauit.

Translatè. Ha fatto dui Generi d'una figlia.

Biancheggiarsi qualche cosa.

Biancheggiano li monti di neue.

Montes niue albent, uel albescunt, potiusquàm dealbantur.

Buon putto.

Horatio è un buon putto.

Horatius est puer ingenuus, uel ingenio liberali, uel benè moratus: potiusquàm, bonus puer, uel bonus filius.

Buon prò.

Buon prò ui faccia.

Prosit, uel sit fœlix conuiuium, & non proficiat.

Breuità.

Tu hai usato breuità in scriuerme.

Litterarum breuitate, vel angustia ad me scribendo usus es: sed non angustia pro angore.

Breuiario.

Questo è il breuiario di Giulio.

Hic est Iulij Sacrum precum Codex, vel Horarius Codex, & non breuiarium.

Breuiature.

Tu te diletti di breuiature.

Compendiarijs notis oblectaris, & non breuiaturis.

C

CACCIARE DA VN LVOGO.

Io cacciarò il lauoratore dal mio podere.

E prædio agricolam detrudam; potiusquàm depellam.

Cacciar uia il male.

Io cacciarò uia questo male.

Hunc morbum depellam; aptius quàm detrudam.

Camisa.

Io mi ho spogliato la camisa brutta.

Immun-

Immundam subuculam lineam me exui; & non camiseam.

Canella, ò spina della botte.

Essendosi cauata, ò leuata la canella, ò spina dalla botte, il uino è vscito fuora.

Educto embolo, vel fistula è dolio, in solum defluxit uinum.

Canonizzare.

Il Papa canonizzarà il beato Mattheo.

Summus Pontifex Matthæum in Diuorum numerum refert, potiusquàm canonizabit.

Carne vaccina, ò di Boue.

Titio mangia più uolentiere carne vaccina, ò de Boue, che de castrato.

Titius libentius carne bubula vescitur, & non bouina: quàm carne veruecina.

Carneuale.

Quì se fa Carneuale.

Hic fiunt bacchanalia, uel lupercalia: potius quàm carnispriuium.

Cauarsi ò farse el Conto.

Cauisi, ò faccisi il conto.

Subducatur ratio: & non fiat computum.

Cauarsi sangue.

Titio si ha cauato sangue.

Titius sanguinem misit: potius quàm extraxit.

Certificare.

Io ti certificherò di questo.

Id tibi affirmabo, vel confirmabo: & non certificabo,

cabo, uel certiorem faciam.

Cercare con arte la gratia d'alcuno.

Curtio ha cercato cō arte la gratia, ò fauore del Pren cipe.

Curtius Principis gratiam est aucupatus; Translatè.

Fare ſcommeſſa.

Che ſcommeſſa uuoi fare?

Quo mecum pignore certabis? latinius quàm quid vis ponere, uel quid uis ludere.

Comparire.

Marco preſto comparirà.

Marcus propediem hic preſtò erit, elegātius quàm comparebit.

Comenzare da principio.

Io comenzarò dal principio di queſta coſa.

Huius rei initium repetam, purius quàm incipiā à principio huius rei.

Come ſtà l'huomo.

Come ſtai del corpo?

Vt uales? & non quomodo de corpore?

Come l'huomo la fà con qualche coſa.

Come la fai con Quareſima?

Quo pacto tecum agitur cum Quadrageſima? potius quàm quomodo facis cum Quadrageſima?

Con diſpiacere.

Io con diſpiacere odo queſto.

Grauatè uel grauatim id audio: & non cum diſplicentia.

Com-

Compatriota, Conuicino.

Questo è mio compatriota, & conuicino.

Hic meus est ciuis, & uicinus: & non conciuis, & circumuicinus.

Complessione.

La complessione l'aiuta.

Cõstitutio, vel corporis ualetudo ei plurimum prodest: & non complessio.

Complessionato.

Andrea è ben cõplessionato, ma Titio è mal cõplessionato.

Andreas est benè constitutus, sed malè Titius: & non malè uel benè complessionatus.

Confettione.

Furno portate à tauola molte confettioni.

Quamplurima ad mensam salgma, vel bellaria allata sunt; & non confectiones.

Confessarsi.

Io mi son confessato de' mie peccati al confessore.

De peccatis meis, uel de contractis noxijs confessus sum: uel confessionis gratia Sacerdotem adiui: potius quàm confessus peccata confessori.

Confessare.

Frà Domenico mi ha confessato.

Confessus sum fratri Dominico; & non frater Dominicus confessus est.

Concorrere in vn medesimo parere.

Siamo concorsi in un medesimo parere.

Vniuersi pari consilio vsi sumus, & non concurrimus in eandem sententiam.

Concorrere ne l'opinione di alcuno.

Tutti concorreno nella opinione di Agostino.

Omnes in Augustini sententiam eunt: & non in opinionem concurrunt.

Condescendere a qualche cosa.

Condescenderà a questa cosa Giulio.

Ad id Iulius descendet, & non condescendet.

Conferire, ò communicare.

Io conferirò, ò communicarò questo con Giouanni.

Cum Ioanne de hac re communicabo, & non hanc rem Ioanni.

Contradire.

Si è contradetto da tutti al parlare di Liuio.

Liuij orationi ab omnibus reclamatum est. Latinius quàm contradictum.

Conformarsi con la volontà de alcuno.

Io me conformarò con la uolontà tua.

Ad uolontatem tuam me confirmabo, vel voluntati tuæ adhærebo.

Copia d'una scritta.

Domanda la copia della poliza.

Chirographi exemplum, uel exemplar petit: & non copiam.

Copia, cioè abondantia di uino.

Io ho copia di uino, & grano.

Est mihi uini atque frumenti numerus, & non copia.

Coppiere.

M. Bernardo è coppiere del Duca.

Bernardus est Ducis pocillator; melius quàm pincerna.

Comprendere, & imaginarsi qualche cosa.

Io ho compreso l'animo tuo.

Animũ tuum conieci; potius quàm comprehendi.

Comprendere, cioè ridurre in breuità.

Io ho compreso, et ridutto cũ pochi uersi questa prosa.

Hanc solutam orationem paucis uersibus perstrinxi, uel complexus sum, & non conieci.

Contentare.

Io te contentarò in questa cosa.

In hoc tibi satisfaciam. & non contentabo.

Contentarsi di qualche cosa.

Io me contento della mia sorte.

Sorte mea contentus uiuo.

D

DA HORA AVANTI.

Io da hora auanti sarò inuidiato da balordi, & ignoranti.

Deinceps vel posthac, vel in posterùm: & non amo dò mihi inuidebitur ab ineptis, & ignaris: crebrius quàm inuidebor.

Dalla lunga.

Io dalla lunga ho uisto queste cose.

Hæc ego longè præuidi, frequentius quàm à longè, & de longè.

Da

Da dì in dì.

Li miei ſcolari, da dì in dì ſanno frutto.

Mei diſcipuli in dies proficiunt, & non de die in diem, & hoc cum augmento.

In diem verò ſine augmento: ut Viuo in diem. Io uiuo alla giornata.

Da che l'huomo ſi può ricordare.

Da che l'huomo ſe può recordare, ò dapoi che l'huomo è al mondo, io mai viddi ſi crudel coſa.

Poſt hominum memoriam; & non poſtquam homo recordari poteſt tam tetrum facinus non uidi.

Da mano, in mano.

Da mano in mano, ſe dauano l'arme à tutti.

Per manus arma ſingulis dabantur, & non da manu in manum. Cæſar in Com.

Da parola, a parola.

Cicerone non traduſſe Demoſtene da parola à parola.

Cicero Demoſthenem non ad verbum tranſtulit, & non de uerbo ad uerbum.

Dare vn ſchiaffo.

Titio te darà un ſchiaffo.

Titius tibi colaphum infringet, uel impinget: potiuſquàm dabit alapam.

Dare da fare.

Lepido te darà da fare, ò moleſtia, ò faſtidio.

Lepidus tibi negocium faceſſet: et non dabit faciendum, uel faſtidium.

Dare à ſacco.

Li Franceſi hanno dato à ſacco la terra.

Galli Vrbem diripiendo dedere, & non ad diripiendam, uel ad ſaccum.

Dare per compagno.

Io te darò Marſilio per compagno.

Tibi Marſiliũ adiungã: et non dabo tibi pro ſocio.

Dare il guaſto.

Gl'inimici daranno il guaſto al paeſe di Perſia.

Hoſtes Perſicum agrum uaſtabunt: potiusquàm euertent.

Dare in ſaluo.

Io darò li miei danari in ſaluo à Lentulo.

Pecuniam meam Lentulo credam, & non dabo ad ſaluandum.

Dare recapito.

Giouanni dà recapito à tutti foreſtieri.

Ioãnes recipit omnes peregrinos, et nõ dat cõdõnẽ.

Dato che coſi fuſſe.

Fac ita eſſe, uel fac uelle, vel eſtò: latinius quàm dato quod, vel poſito quod eſſet.

De Caſari, De Venuti.

Girolamo de' Caſari, ha grãdiſſima amicitia con Meſſer Filippo de' Venuti.

Philippo Venutio, & non de Venutijs: Hieronymus Capharus, & non de Capharis: familiariſſimè utitur.

Del paſſato maeſtro, ò li dì paſſati.

Alli dì paſſati, io molto me preualſi del mio paſſato maeſtro.

Superioribus diebus maximopere ſuperioris mei præ-

præceptoris opera uſus ſum: potius quàm præteritis diebus, & præteriti præceptoris.

Dipoſitare il danaro.

Io dipoſitarò il danaro in man di Flauio.

Apud Flauium pecuniam deponam, & non depoſitabo.

Di ſeta.

Sempronio uà molto ben in ordine, et ueſtito di ſeta.

Sempronius elegãter ſericis ueſtib. indutus incedit, & non ſericeis ueſtibus, nec benè in ordine uadit.

Deuotiſſimo, ò religioſiſſimo.

Io ho Fuluio per perſona deuotiſſima.

Fuluium pientiſſimum vel piſſimum eſſe puto, & non deuotiſſimum.

Dice che non ſi trouaua.

Il Caſaro dice che non ſi troua.

Capharus negat inueniri: elegantius quàm ait non inueniri.

Dice il vero?

Dice il uero tu ſciagurato?

Ain' tu ſceleſte? priuſquàm ais ne uerum ſceleſtæ.

Diſcreto.

Marco egli è giouane molto diſcreto.

Marcus eſt adoleſcens ualde modeſtus, & non diſcretus.

Diſmenticare vna coſa.

Tu diſmenticarai queſta coſa.

Id tibi ex animo affluet. expolitius quàm exibit.

Diſcordare una coſa con un'altra.

Quì discorda il nominatiuo con il uerbo.

Hic nominatiuus à uerbo discordat, vel dissentit, potiusquàm cum verbo: ut grāmaticorum uulgus.

Dire per burla.

Dici per burla, ò per scherzo questo?

Ludis ne id? excultius quàm per iocum id ais?

Disfare vna cosa.

Noi disfaremo, ò guastaremo l'amicitia vecchia.

Nos ueterem coniunctionem dirimemus, crebrius quàm euerteremus.

Dismettere la fabrica, ò restare di fabricare.

Lentulo dismetterà la fabrica, ò resterà di fabricare.

Lentulus ædificationem abijciet, vel deponet, & non dismittet fabricam.

Dire da uero.

Il Signor Gio. Enrico dice da vero.

Ioannes Henricus remoto ioco, uel extra iocum dicit, & non dicit ex uero.

Dispergere alcuno.

Io presto dispergerò costoro.

Hos cito dissipabo. potiusquàm dispergam.

Dissuadere, ò sconfortare alcuno.

Io dissuaderia, sconfortaria il Signor Valtieri da questa cosa.

Ab hoc Valterium deterrerem, elegantius quàm dissuaderem.

Districare una cosa.

Io presto districarò questa facenda.

Citò hoc negocium extricabo.

Dir

Dir bene d'alcuno ad vn'altro.

Io ſempre dirò bene del mio maeſtro à tutte le perſone

Præceptorem meum apud omnes ſemper commendabo, & non benedicam.

Dire quel che l'huomo uuole.

Dite quel che uolete dire.

Rem paucis perſtringe, uel rem quàmprimùm abſolue, latinius quàm dic cito quod uis dicere.

Dire d'eſſere nobile.

Valerio dice che è gentil'huomo, ò che è nato nobile.

Valerius natales claros iactat, uel claris ſe natalibus ortum oſtentat, ut Sola facit claros natali inclyta uirtus: latinius quàm dicit, quod eſt nobilis.

Dire l'ufficio.

Giulio dice ogni dì l'ufficio.

Iulius pſalmos horarios, vel laudes, uel preces horarias, & non præculas, uel officium dicit.

Doloroſo ò dolente.

Iacomo, è un doloroſo, ò un dolente.

Iacob. miſer eſt, uel miſerabilis: & non doloroſus.

Dotto in grammatica.

Filippo è perſona dotta in grammatica.

Philippus vir eſt doctus grammatica, & non in grammatica. Mart.

Doctus es arte pilæ, doctus es arte lyræ.

Da qualche luogo pigliare alcuno.

Doue hai preſo queſto verbo?

Vnde mutuatus es hoc uerbum? uel unde ſumpſiſti? & non ubi accepiſti hoc uerbum?

Donde

Donde se comenza una cosa.

Donde se comenza la lettione della settimana.

Vnde initiũ sumimus prælectionis hebdomadariæ: latinius quàm, ubi ĩcipiemus lectionẽ hebdomadæ.

Doi milia, ò dugento.

Per littere de cambio ho riceuuto doi milia & ducento scudi.

Ex publica pecuniæ permutatione bis mille, vel duo milia: & bis centum, uel ducentos nũmos aureos accepi, & non duo mille, & duo centum.

Duca, ò Duchessa.

Questa Duchessa si è maritata à un gran maestro.

Hæc Dux illustri principi nupta est, & non Ducissa, nam pro mari & fœmina ponitur.

Dubitare di qualche cosa.

Non dubitare de questa cosa.

Ne uereare, vel ne dubites de hac re.

Durar fatica.

Io ho durato fatica.

Laborem sustinui, & non duraui.

E

ESSER COSA BVONA, O BENE.

Sarà buona cosa, ò sarà buono trouar scusa che stò male.

Benè, vel rectè erit, aduersam valetudinem caussari: potiusquàm bonum uel rectum erit.

Emendare il latino.

Il maestro emendarà il mio latino.

Præ-

Praeceptor compositionem meam emendabit, vel compositionis meæ errata corriget: uel uitia expurgabit, potiusquàm corriget meum thema.

Essere equale.

Marco è paro tuo, ò equale à te.

Est tibi æqualis Marcus; & non coæqualis.

Essere contento ad una cosa.

Il Maestro serà contento, ò se contenterà che noi facciamo vna partita.

Nos colludere per præceptorem licebit, & non contentus erit.

Essere adacquato.

Questo vino è adacquato, ouero sà d'acqua.

Hoc uinum dilutum est, & non limphatum, neque sapit aquam.

Essere ad vn gouerno.

Mutio è al gouerno di Salerno.

Mutius Salerno præest, latinius quàm est in regimine.

Essere discosto, ò discrepante.

Tu sei discosto, & alieno da questo mio parere.

Ab hac mea sententia plurimùm abhorres, purius quàm abes.

Essere strettissimo amico.

Luca è strettissimo amico di Marco.

Lucas est Marci pernecessarius, vel est in Marci familiarissimus, uel est Marco coniunctissimus, & non angustissimus, vel arctissimus amicus Marci.

consuetudo, atque singularis humanitas tanti est quanti maximi cuiusq; principis amplitudo, atque gratia esse posset. Quare ab eo munus hoc accipere non grauaberis, quippe qui ab huiusmodi scolasticis iam muneribus, quin laboribus non uacuus, atque docendi quotidie curis non solutus, dicendi atque declamandi onus subire de rhetorices ratione præcipere non facile ualet, atque ea litterarum monumentis mandare, quæ uel maximè cupiat, uel ut satis optimè de se meritis faciat, maximoperè studeat non assequi posse uidetur: tamen hoc ueluti præludio quodam ad artem oratoriam contentus munere: in tuo illud nomine apparere uolui, quò tuorum in me officiorum memoriam non tepuisse, uel ratione aliqua friguisse existimares, cum iurè magis uirtuti, quàm fortunæ omnia deberi sanè uideantur, tuo itaque auspicio hanc rhetorices Epitomen in lucem ęditam intelligas, ut si qui fortasse illam improbarint, & auctoritate, & eruditione tua tueri ualeas: atque eorum petulantiam perfringere, atque dicacitatem, & non tantum operis pretium, quàm scribentis animum metiare, qui in hoc se tui cupidissimum præstare non ueretur. Vale.

Romæ, Calen. Ianua. 1564.

RHETORICES EPITOME.



HETORICA *est bene dicendi scientia.*

Rhetorices inuentor Empedocles.

Rhetorica est pars philosophiæ rationalis.

Philosophia est affectio sapiētiæ, quæ soluit, ac reducit ad intelligibilia, conuertitq́; nos ad ea, quæ sunt secundum ueritatem.

Philosophia est triplex, Naturalis, Moralis, & Rationalis.

Naturalis de diuinis corporibus disputat, ut de astris

Moralis docet mo um elimatam perfectionem, ut est ratio beneuiuendi.

Hæc scinditur in Aethicam, Aeconomicam, & Politicam.

Rationalis agit de incorporeis, quæ mens sola complectitur, ut sunt scientiæ.

Rationalis scinditur in Dialecticam, & Rhetoricam: illa neruos habet orationis, Hæc ornatum.

Materia rhetorices est ciuilis quæstio.

Finis Rhetorices est dicere ad persuadendum.

Rhetorica scinditur in orationem, & quæstionem.

De Oratore.

ORATOR *est uir bonus dicēdi peritus: ut ait Cato.*

Materia

Materia oratoris est caussa ciuilis, cum certarum personarum interpositione.

Finis oratoris est persuadere dictione.

Officiũ oratoris est dicere appositè ad persuadendũ.

Vis oratoris uersatur circa inuentionem, elocutionẽ, dispositionem, memoriam, & pronuntiationem.

Orator differt à Rhetore, quod orator caussas agit. Rhetor profitetur, docetque, Declamator fictas agit caussas.

De generibus caussarum.

CAVSSA *hic intelligitur omnis actio, quæ in foro, uel in senatu, uel in comitijs agitur ab oratore.*

Caussa differt à quæstione, Nam quæstio est propositio alicuius rei inquirendæ generatim, ut num faciendum sit hoc, an non.

Quæstio scinditur in infinitam, & finitam: Infinita dicitur hypothesis, finita uerò thesis.

Infinita uersatur circa cognitionem & actionem, ut num res sit, an non: & quæ sit eius qualitas.

Finita verò circa Demonstratiuum, Deliberatiuum, & Iudiciale.

Caussa uerò est controuersia semper de certis personis priuatim, ut num id à Curtio sit agendum, an à Mutio.

Hæc caussa ciuilis scinditur in tria genera, in
Demonstratiuum,
Deliberatiuum, &

Iudiciale.

Non sunt plura tribus, quia unumquodq;, quod agitur aut est de præsenti, & tunc est Demonstratiuum; aut est de præterito, & tunc est iudiciale; aut de futuro, & tunc est deliberatiuum.

De Demonstratiuo.

DEMONSTRATIVVM *genus est, quo laudamus, vituperamus, narramus, docemus, & aliquid discribimus, in hoc Gorgias excelluit.*

Materia seu partes generis Demonstratiui, sunt laus, & uituperatio.

Laus est oratio amplificatiua rerum bonarum, quas certis personis inesse dicimus.

Vituperatio est oratio amplificatiua rerum malarũ, quas certis personis inesse intuemur.

Finis demonstratiui generis est honestas.

Genus demonstratiuum præsens tempus respicit, hoc vtimur uel in personis, uel in factis, uel rebus.

De genere deliberatiuo.

GENVS *deliberatiuum est, quo aliquid suademus, dissuademus, cõciliamus, hortamur, dehortamur, consolamur, lætamur, petimus, commendamus, monemus, &c.*

In hoc Teramenes plurimum ualuit.

Materia, seu partes deliberatiui generis sunt suasio, & dissuasio.

Suasio

Suaſio eſt oratio deliberatiua, quæ primo in conſultatione quid faciendum ſit, facilè oſtendit.

Diſſuaſio eſt oratio deliberatiua, quæ auditoribus aliter, ac inſuaſione oſtenſum eſt, ſuadere conatur.

Finis deliberatiui generis eſt utilitas.

Genus deliberatiuum futurum tempus reſpicit.

De genere Iudiciali.

GENVS *iudiciale eſt, quo accuſamus, defendimus, quærimus, expoſtulamus, expurgamus, exprobamus, minamur, deprecamur. In hoc Zeno primum locum obtinuit.*

Materia ſeu partes iudicialis generis, ſunt accuſatio, & defenſio.

Accuſatio eſt oratio iudicialis, qua aut crimen, aut in debitum rapimus aduerſarium.

Defenſio eſt oratio iudicialis, qua aut crimen, aut debitum à nobis depellere conantur.

Finis iudicialis eſt ipſa æquitas.

Genus iudiciale, vt plurimum præteritum tempus reſpicit.

De officijs Oratoris.

ORATORIS *officia ſunt quinq;: Inuentio, Diſpoſitio, Elocutio, Memoria, & Pronuntiatio.*

Inuentio eſt excogitatio rerum verarum, uel uerisimilium, quæ cauſſam probabilem reddant.

Diſpoſitio eſt rerum inuentarum per ordinem diſtributio.

Elocutio est idoneorum uerborum, ac sententiarum ad inuentionē accōmodatio, ut humilia subtiliter, magna grauiter, mediocria temperatè dicantur.

Memoria est firma animi rerum, ac verborum, quibus oratio ipsa constat, perceptio.

Pronuntiatio est rerum, ac uerborum pro dignitate vocis, uultus, & gestus aptissima moderatio cum uenustate.

Quinque eloquentiæ quasi membra faciunt.

Inuenire quid dicas.

Inuenta disponere.

Deinde uerbis, ac sententijs ornare.

Postea memoriæ mandare.

Tùm ad extremum pronuntiare, uel agere.

Omnis oratio constat rebus, & uerbis.

In rebus est intuenda inuentio.

In uerbis elocutio.

In vtroque dispositio.

Hæc omnia complectitur Memoria, & Actio, uel Pronuntiatio commendat.

Sunt item tria alia orationis munera.

Vt probet: & tunc Iudiciale tangit genus.

Vt delectet: Demonstratiuum.

Vt flectat: Deliberatiuum.

Probare est necessitatis.

Delectare suauitatis.

Flectere victoriæ.

Ad probandum: spectat Confirmatio, & Confutatio.

Ad delectationem: Sermonis ornatus, & Elocutio.

Ad

Ad uictoriam: Ratio affectuum.
Hæc omnia tribus modis assequemur, Arte, Imitatione, & Exercitatione.
Ars est præceptio, quæ dat certam uiam, rationemq; dicendi.
Imitatio est, qua impellimur diligenti ratione, ut ali quorum similes in dicendo esse ualeamus.
Exercitatio est assiduus usus, consuetudoq; dicendi.

De partibus Orationis in genere.

ORATIONVM *quatuor sunt ferè species.*
Ciuilis, qua utuntur in concionib. qui Remp. gerunt.
Priuata, qua priuati inter se mutuò colloquuntur.
Dialectica, qua compendio ij, qui interrogant, & respondent ad interrogata, disserunt.
Oratoria, qua utuntur oratores, cum laudant, deliberant, accusant, & defendunt aliquid.
Huiuscemodi orationis sex sunt partes.
Exordium, Narratio, Diuisio, Confirmatio, Confutatio, & Conclusio: quæ rediguntur ad hæc quatuor, scilicet.
Exordium, Narrationem, Argumentationem, & Conclusionem.
Exordium auditoris animum prouocat.
Narratio res gestas explicat.
Argumentatio fidem assertionibus facit.
Conclusio finem totius orationis complectitur.

De exordio.

EXORDIVM *est principium orationis, quo auditores facimus Beneuolos, Dociles, & Attentos.*

Bene-

Beneuolos, precando facimus.

Dociles, instruendo.

Attentos, excitando.

Attentos facimus sex modis.

Primò, si pollicebimur nos esse dicturos de rebus nouis, inusitatis, mirificis, magnis, vtilibus, & huiusmodi.

Secundò, si rogabimus, ut attenti nos audiant.

Tertiò, expectatione quadam, si paululum expectabimus grauitate quadam, & seueritate vultus antequam ordiamur.

Quartò, si nos breuiter dicturos pollicebimur.

Quintò, si quid facetè, uel ridiculosè dixerimus.

Sextò, dubitatione, cum dixerimus nos nescire modum rem tantam narrandi.

Beneuolos facimus, aut ab auditorum persona; si eos, vel eorum gesta laudabimus.

A persona nostra; si studium nostrum moderatè attenuauerimus.

Ab Aduersariorum, persona, si in odium, in inuidiã, & contemptionem eos adduxerimus.

A re ipsa; si rem, de qua dicendum est, auditoribus dicamus fore utilem.

Dociles faciemus tribus modis.

Primò, si summam caussæ breuiter exponemus.

Secundò, si ante omnia diruamus eam partem, quàm obfuturam putabimus.

Tertiò, si interdum repetemus, quæ non satis percepisse eos, qui intersunt, putabimus.

Duo

Duo ſunt exordiorum genera.

PRINCIPIVM, *quando facimus auditores attentos, Dociles & beneuolos.*

Inſinuatio quando hæc eadem præſtamus, ſed occultè, aut lachrymis, aut aliqua quapiam ratione, et uerborum, & ſententiarum circuitione latenter auditorum animum ſubimus.

Trium generum cauſſarum, atque ſingulorum quinque ſunt genera.

HONESTVM, *Turpe, Dubium, Humile, & Obſcurum.*

Honeſtum, quãdo id laudamus, ſuademus, defendimus quod iure laudandum, ſuadendum, defendendumq; uidetur, ut pro uiro probo contra furem.

Turpe, cum fit contra, cum aut res honeſta oppugnatur, aut defenditur turpis, ut pro latrone contra uirum fortem.

Dubium, cum & honeſtatis & turpitudinis partem cauſſa retinet: ut cum Horeſtes matrem necauit in patris ultionem.

Humile, cum res ſpreta, atque contempta effertur, ut Virg. de apibus.

Obſcurum, cum res intricata eſt, & non facilis intellectu.

Quando

Quando liceat uti principio.

IN *caussa honesta principio uti licebit, uel etiam nõ uti, præsertim si auditores, uel defessi fuerint alios audiendo, uel ab aduersarijs persuasi.*

In caussa turpi insinuatione vtendum est, ut in suo loco dicetur.

In dubia utemur exordio: diruendo, si quid est turpitudinis, ne ea nobis obesse possit, & beneuolentiam captabimus.

In humili faciemus attentos.

In obscura dociles.

Imitatio in caussa honesta: si exordio uti uoluerimus.

SI *maioribus nostris æquum visum est, atq; honestũ, doctores nostros, quorum industria bonis artibus imbuti fuimus, æquè ac parentes uereri; huic profecto ipsi, à quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios seruare possemus, quantũ est situ͂ in nobis, et opem, & salutem ferre debemus, cum præsertim nouerimus, huius hortatu, præceptisq; hanc uocem conformatam, nonnullis aliquando saluti fuisse.*

Si uti exordio noluerimus, exordiemur a lege, a scriptis, a sententijs, & huiusmodi vt.

SANCITVM *est digestis de ferijs, quemq; ab aduersarijs In iudicium non cogendum, messis tempore,*

re, uel uindemiarum. Quare Titium non modo in uincula non coniiciendum existimamus, sed ne In iudicium quidem ducimus cogendum ob æs alienum, si legibus obtemperandum censuerimus.

In caussa turpi per Insinuationem.

VIDEAT *aduersarius rogo, qualis sua sit Vitæ ratio, quales mores, atq; ingenium, quod equidem si exquisierit, non utiq; tàm audenter, atq; impudenter reum Sempronium accusabit, nõ enim inquam quæ scelera, quæ flagitia, stupra, furtaq; commiserit, quæ liquido cuiq; patent.*

In dubio erit exemplum.

CVM *patriæ potissimum debeamus Indices, omni studio, opera, officio, industria, ac deniq; mente contendendum est nobis, ut quoad eius fieri potest, ea omnino defendatur, augeatur, illustretur, atq; seruetur. Quare si patruelem à republica deficientem, quin hostem patriæ Mutius necarit, non modo absoluendum, uerum etiam omnibus beneficijs ornandum existimetis.*

In humili erit exemplum.

CVM *nihil esse videatur quod urbem magis exornet, magis honestet, & in ea magis prosit, atq; delectet Iudices, quàm omni ex parte, mundum elegan-*

elegantem, atq; omni fœditate immunditia ac labe uacuam ſeruare, operæpretium ſanæ duco cloacas expurgandas mandari, & his omnibus euacuãdas, quæ faſtidium, quæ fœtorem, ac propterea morbum parere poſſint.

In obſcuro erit exemplum.

QVOD *hactenus uiſum eſt dubium, atque perplexum Seueriſſimi Iudices, illud planum eſſe, atque apertum intelligetis, ſi quo ſoletis ſtudio, atq; animo, eo rem perpenderitis ſcriptaq; videritis, quæ ita mehercule eſſe noueritis, ut à nobis exponi audieritis.*

Quando principio uti non licebit.

Tria ſunt tempora quibus non utimur exordio.

PRIMÒ, *quando cauſſa eſt turpis.*
Secundò, quando auditor perſuaſus eſt ab his, qui ante dixerunt.
Tertiò, quando auditor defeſſus eſt eos audiendo.
In cauſſa turpi utemur inſinuatione.
Si perſuaſus eſt; auditor, ordiemur à dicto aduerſarij, uel ab eo, quod firmiſſimum ſibi adiumentum fore putarit.
Si defeſſus eſt, ordiemur à fabula, uel Apologo, uel à re aliqua riſum mouente.

De

De Narratione.

NARRATIO *est rerum gestarum, uel perinde, ut gestarum ad persuadendum expositio.*

Narrationis duæ sunt species, vna ipsius caussæ, cum exponimus rem gestam, et oĩa trahimus ad utilitatem nostrã uincendi caussa, quod fit quinq; modis.

Primò partitione, qua tædium leuatur, ut audistis, quæ acta sunt ante rei contractum, nunc quæ, in re ipsa sunt, audietis.

Secundò præparatione, qua quicquam additur de nostro ad utilitatem caussæ.

Tertiò eleuatione, qua rei uel criminis fit depressio, vel diminutio, sic Luxuria hilaritatis, Auaritia parsimoniæ nomine lenientur.

Quartò exaggeratione, quæ est contraria eleuationi.

Quintò admonitione, ut Cicero: adhuc Ligarius omni culpa uacat, admonet Cæsarem, nondum dictum esse aliquid de Ligario, quod accusatione dignum esset.

His quinq; formis Narratio ad uictoriam tendit,

Altera est digressio, quæ fit quinq; modis.

Transitionis, qua commodius transimus ad rẽ aliam ut in Metamorphosi.

Exornationis, ut apud Virgilium: ubi tempestas describitur, qua impulsus est Aeneas in Aphricam.

Laudationis, ut Cicero, ubi digreditur ad laudes Pompeij.

Crimina-

Criminationis, ubi aliorum crimina eleuamus, quò aduersarij videantur grauiora.
Descriptionis locorum, ut apud Ouid. quando describit montem Parnassum, in quo seruati erant Deucalion, & Pyrrha.
Sunt item sex narrationis species.
Ciuilis, Digressoria, Historica, Fictilis, Fabularis, & Actiua.
Ciuilis, qua narratur gestum aliquid inter ciues, vt Homicidium, sacrilegium, furtum, & huiusmodi.
Digressoria, qua Orator à re, qua de agitur digreditur, ita tamen ut eam confirmet, aut labefactet, aut vituperet, ut in Verre apud Cice.
De historica, fictili, fabulari, & actiua non est hic locus disserendi.
Narratio ciuilis debet esse breuis, dilucida, & uerisimilis.
Breuis, ut fidelius teneatur memoria.
Dilucida, ut facilius intelligatur.
Verisimilis, ut constantius credatur, cum narratio sit quædam, quasi sedes, ac fundamentum constituendæ fidei.
Fit breuis, si unde necesse erit initium sumetur, & nō ab ultimo repetetur, uel si summatim non particulatim narrabitur.
Fit dilucida, si, ut quod primum gestum erit, ita primum exponetur & rerum, ac temporum seruetur ordo.
Fit uerisimilis, si, ut opinio hominum, & rerum natura

tura postulat dicemus, seruato personarum decoro, temporum, ac locorum.

Narratio habet semptem circunstantias; Personam, Factum, Locum, Tempus, Modum, Caussam, Facultatem, ut in hoc uersu.

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.

Diuisio est, per quam aperimus quid nobis conueniat cum aduersarijs, quid sit in controuersia, & per quam exponimus, quibus de rebus simus dicturi.

Huius duæ sunt partes.

Altera, qua dicitur quid nobis cum aduersarijs conueniat, hac solum utimur in iudiciali genere: ut Titium necasse Petrum conuenit cum aduersarijs, verum negatur iniustè factum.

Altera, per quam exponimus quibus de rebus dicturi sumus, qua vtimur in omni genere caussarum.

Hæc posterior diuiditur in enumerationem: & expositionem.

Enumerationis exemplum per numerum vel ordinem.

CICERO *pro Pomp. Primum mihi uidetur de genere belli: Deinde de magnitudine, tum de Imperatore eligendo esse dicendum.*

In enumeratione seruandum, ut partes omnes eo exponamus ordine, quo vsi fuimus in diuisione.

Expositio est quando sine numero, breuiter exponi-

mus quibus de reb. sumus dicturi, vel qua Orator ostendit quid cum aduersarijs conueniat, & quid in controuersia relinquatur. Vt Cice. pro Milone: Nunquid igitur aliud venit in iudicium, nisi uter utri insidias fecerit, profectò nihil, si hic illi, ne sit impune, si ille huic, tunc nos scelere soluamur.

Diuisio, tres debet habere uirtutes, Breuitatem, Absolutionem, Paucitatem.

In breuitate, nullum uerbum nisi necessarium assumitur.

In absolutione, omnia, quæ incidunt in caussam, per genera distribuit Orator.

In paucitate, solum rerum genera ponuntur, neque permista cum partibus implicantur, Nam si secus fiat, vitiosa erit diuisio, vt si dicatur.

Primum de cupiditate, Deinde de Audacia, Postremo de auaritia aduersariorum dicam, quia commiscet genus cum parte: Nam cupiditas genus est, Auaritia vero pars.

De Confirmatione, & Confutatione.

CONFIRMATIO *est oratio, qua nostras argumentationes probationesve, cum asseueratione, hoc est cũ instantia vocis, & vultus exponimus.*

Argumentatio est oratio quæ rei dubiæ aliqua re certa auditori fidem facit.

Sumũtur argumenta oratoria ex his, quæ attribuuntur personis, & ipsis negocijs, de quibus agitur.

Perso-

Personis attribuuntur vndecim, Nomen, Natura, Victus, Fortuna, Habitus, Affectio, Studium, Consilia, Facta, Casus, Deliberationes: ut his uersibus continetur.

Nomen, & affectus: studium, naturàue, casus.
Atque habitus, factum, victus, fortunàue, consi:
Orat: conueniunt personis omnibus vnà.

Nomen etiam cum prænomine, Agnomine, & Cognomine vt M. T. C. Natura, num ad bene, an ad male agendum sit proclinis, in qua considerantur sexus, natio, patria, cognati, ætas, & huiusmodi.

Victus, vt cursus, & modus uitæ.

Fortuna, in qua conditio quædam hominum quæritur, vt num liber, an seruus, nobilis an ignobilis: & huiusmodi.

Habitus, num studio alicuius artis & scientia fuerit occupatus.

Affectio, vt commutatio animi, aut corporis, num lætus, cupidus, timidus, debilis, et huiusmodi fuerit.

Studium, num grammaticæ, an Rhetoricæ, & cuinam arti se addixerit.

Consilium, num aliquid facere, an non facere excogitarit.

Factum, idest, de quo ante auditores agitur ab Oratore.

Casus, est id quod contigit præter hominum opinionem vt consilia.

Oratio est quæ habetur in facto, ante factum, &

post factum.

Hi omnes loci à quibus deducuntur argumenta maximè considerantur in consuetudine coniecturali.

De confutatione.

CONFVTATIO *seu reprehensio est oratio, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut leuatur.*

Huius materia ex ijsdem locis sumitur, ex quibus confirmatio scilicet ex attributis personis, & negotijs.

Est potissimum in confutatione seruandum, ne genus aut diminuamus, aut ostendamus ea, quæ ab aduersarijs dicta sunt stare, & esse pro nobis.

Ab aduersarijs dicta quatuor modis confutantur.

Si ex ijs, quæ sumpta sunt, non conceditur aliquid unum, uel plura, aut his concessis complexio ex his confici negatur.

Aut si genus argumentationis vitiosum ostenditur.

Aut si contra firmam argumentationem, alia æque firma, aut firmior opponitur.

Confutatur argumentatio, cum ex his, quæ assumuntur, non conceditur aliquid octo modis.

Si aut id, quod credibile dicunt aduersarij, negatur esse huiusmodi.

Aut, quod comparabile putant dissimile ostenditur.

Aut iudicatum in aliam partem traducitur.

Aut omnino iudicium improbatur.

Aut, quod signum esse aduersarij dixerunt, id eiusmodi esse negatur.

Aut, si cõplexio una parte, aut utraq; reprehendit.

Aut, si enumeratio falsa ostenditur.

Aut, si simplex conclusio aliquid falsi demonstratur continere.

Simplex conclusio infirmatur, si id, quod sequitur non videtur necessariè consequi, ut si mater est, diligit filium, si uerò necessario consequitur est exẽplum, ut si spiritum ducit, uiuit.

Infirmatur complexio, quando concessis propositione, et assumptione, tamen ostenditur, id non consequi, quod concluditur.

Exemplum.

PROPOSITIO, *si uenisses ad exercitum, à tribunis militum uisus esses.*

Assumptio, ab his autem non es uisus.

Cõplexio, ergo non es profectus ad exercitum, id enim refelli potest, quia non sequitur, quod non uenerit ad exercitum, quia non sit uisus a Tribunis.

De conclusione.

CONCLVSIO, *siue Peroratio, siue Epilogus est artificiosus terminus orationis.*

Conclusio fit tribus modis, aut per enumerationem, aut per indignationem, aut per conquestionem.

Y 3 Enume-

Enumeratio est quædam repetitio, per quam dispersa et diffusa per orationem in unum locum coguntur: & reminiscendi caussa in memoriam, ac ferè sub aspectum audentium rediguntur.

Enumeratio breuiter colligit, quæ in diuisione, confirmatione, & confutatione, sunt copiosè dicta.

Indignatio est oratio, qua aut in hominem, aut in rem quampiam magnum odium aut grauis offensio concitatur.

Hæc autem sumitur, ex ijsdem locis, & rebus, quæ personis & negotijs sunt attributæ, ex quibus etiam amplificationes nascuntur, quæ à locis communibus materiam sumunt.

Loci communes sunt orationes amplificatiuæ in ipsa uitia: ut contra Paricidam, furem & huiusmodi, quæ tamen deinceps ad res, & personas priuatas; de quibus agitur ab oratore deducuntur.

Indignatio est propria accusatoris, qui suscitat iudices contra crimina reo obiecta.

Loci communes, à quibus amplificandi materia deducitur, sunt Decem.

Primò, commemorando quãtæ curæ illud Dijs immortalib. fuerit, aut maiorib. nostris, Regibus, magistratib. & quid in lege sancitum, & huiusmodi.

Secundò, ostendendo crimen illud pertinere, aut ad superiores, aut ad pares, aut ad inferiores, aut ad opprobrium uniuersæ ciuitatis.

Tertiò, interrogando, quid sit euenturum, si idem omnibus concedatur, & ostendendo ea re neglecta,

quid

quid periculorum consequatur.

Quartò, dicendo, si huic remissum sit, multos deinde alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc expectatio huius iudicij remoratur.

Quintò, demonstrando, quod si semel aliter iudicatũ sit, nihil postea huic incommodo mederi possit, ostendendo comparatione aliorum criminum scelera fortasse posse conijci, sed hoc nunquam, ut si de proditore patriæ ageretur.

Sextò, indicãdo illud crimen consulto factum, Deinde adeundo uoluntarij facinoris nullã excusationem audiendam esse, aut misericordiam habendam imprudentiæ, iustam deprecationem esse paratam.

Septimò, ostendendo facinus illud esse crudele, nesarium &c. ut de stupro Virginis, & huiusmodi.

Octauò, indicando illud maleficium esse spurcum, nesarium & inusitatum, ut de incestu, & huiusmodi.

Nonò, comparatione quadã ostendendo maleficium illud esse atrocissimum, exempli caussa, dicendo maius esse maleficiũ stuprare Virginem ingenuã quã rem sacram furari, quod alterum propter inopiã, alterum propter intemperantem superbiam fiet.

Decimò, exponendo breuiter, quæ sint acta in gerendo negocio, & quæ consequi soleant tale facinus.

Conquæstio est oratio auditorum misericordiam captans.

In conquæstione auditorum animi fiunt placabiles, mites, & misericordes, ut facinus ad commiserationem moueatur.

Materia misericordiam commouendi sumitur ex attributis personis, & negotijs, & ex communibus locis.

A locis communibus, qui sunt nouem.

Si uariam fortunarum commutationem referemus.

Si commoda, in quibus fuimus, & nunc in quibus sumus incommodis ostendemus.

Si qua nobis sint futura retulerimus, nisi caussam obtinuerimus.

Si supplicabimus, & illis nos subijcemus, quorum misericordiam captabimus.

Si quid mali nostris casurum ostenderimus, ob nostras calamitates.

Si de clementia, humanitate, misericordia, qua in alios usi fuimus adducemus multa.

Si nos semper in malos uersatos esse ostenderimus.

Si fata nostra conqueremur.

Si nostrum animum multorum malorum patientem extitisse demonstrabimus.

De constitutione siue statu.

STATVS *est quæstio, aut oratio, quæ oritur ex intentione accusatoris, & responsione defensoris, ut fecisti, non feci, aut iniuria fecisti, iure feci, vnde existit quæstio fecerit nè.*

Intentio est facti, aut dicti abiectio, quo in reum intenditur.

Depulsio est defensio intentioni resistens.

Ex

Ex his duabus nascitur status eo quod ibi constet omnis controuersia.

Status præsertim nascitur ex depulsione defensoris. Nam si reus negat, exoritur constitutio coniecturalis, si respondet, iure feci, iuridicialis: si uero non hoc dicit nomine, dum difinitimus oritur.

Tria in omne quæstione quæruntur, an sit, quid sit, quale sit.

An sit, ut interfecerit ne Vlixes Aiacem.

Quid sit, vt sit ne sacrilegium, an simplex furtum, si res sacra è loco priuato ablata sit.

Quale sit, æquum, an iniquum; ut iurè nè Horestes occiderit Aiacem an iniuria.

Status est triplex.

Coniecturalis; cum coniecturis uerum quæritur.

Legitimus cum ex legibus & scriptis aliquid controuersiæ oritur.

Iuridicialis, cum iurè, an iniuria factum sit aliquid quæritur.

Coniecturalis erit exemplum.

NECATVS *est uiator, iuxtà quem repertus est quidam hospes cruēto gladio in vagina, qui captus coniectura in carcere emancipatur, quod viatorem necarat, quod patet gladij cruore, & sic cædis accusatur: in hoc factum negatur & coniecturis multis ueritas perquiritur.*

Hæc quæritur à persona, à re, caussa, loco, modo, materia,

teria, tempore, occasione, facultate.
Persona est triplex, loquentis, audientis, aduersarij.
In persona spectanda sunt, Nomen, natura, Educatio, fortuna, Affectio animi, habitus corporis, studium, consilia.
Nomen si vocetur Innocentius cum nihil sit eo nocentius.
Ad naturã referũtur Sexus, Natio, Patria, Aetas.
Sexus vt vir ne sit an Mulier, quoniam latrocinium in viro facilè, veneficium in muliere creditur.
Natio sit nè latinius, qui supercioli sunt: an Germanus quia bellitosi: an Hispanus, quia iactabundi.
Patria vt Romanus &c.
Aetas sit ne puer, Adolescens, vir, an senex, & quomodo in hisce uitæ partibus se gesserit.
Educatio, qua sit educatus ratione, & à quibus.
Fortuna, seruus ne sit, an liber: pecuniosus, an pauper: priuatus, an in magistratu.
Affectio animi, iracundus, petulans, an comis, atque frugi, auarus, an liberalis, &c.
Studium sit, ne orator, an Poeta, Medicus, an Iurisconsultus.
Rês, quæ est negocium, de quo agitur ut paricidium sacrilegium.
Caussa, uel per impulsionem, quæ est temerarius animi impetus ad aliquid faciendum, uel non faciendum ut timor, furor &c.
Vel per ratiocinationem, quæ commodorum ratione, comparatione, aut incõmodorum uitatione, ad rẽ

horta-

hortatur, ut si interfectum quempiam dicamus lucri gratia, aut hæreditatis.

Locus oportunus, an importunus; angustus, an amplus; celebris, an desertus; sacer, an profanus; publicus, an priuatus.

Modus clam, an palàm ui, an insciens; prudens, an imprudens; amore, an odio.

Materia, fuste an gladio, arcu an ueneno, &c.

Tempus, nocte, an die.

Occasio, quæ est temporis commoditas, quæ trahit ad aliquid hominem, & inuitat.

Facultas, quæ facilè quicquam esse factum docemus, ut à pluribus pauciores, à uigilantibus dormientes, à præparatis inopinantes necatos.

Ex hisce locis coniecturas, uel materiā captabimus, quibus uel nos defendemus, uel aduersarios accusabimus.

Exemplum.

CVRTIVS *uir nobilis accusatns furti, sic se tuetur, cum eo sim genere, ea nobilitate, & his parentibus ortus Iudices, tale facinus de me sine testibus suspicari non debetis.*

A persona audientis.

Est enim sapientiæ uestræ Iudices, non huiusmodi hominibus eam fieri facultatem, ut fictis argumentis uiros nobiles circumuenient.

Ab aduersarij persona.

Atq;

Atq; ideo magis profligandus eſt hic patronus, quod mihi ſemper inimicus atq; nobilitati īſeſtus fuerit

A re.

Non enim tanti flagitij ſuſpitio ſine teſtibus eſt approbanda.

A loco.

Præſertim in hac Repub. in qua ſanctiſſimæ leges ſummo ſemper ſtudio ſunt ſeruatæ.

A cauſſa.

Idcirco etiam magis hic expellendus eſt patronus, ne ſi fictis argumentis locus dabitur, pleroſq; noſtrū huiuſmodi uerſuti homines, atq; callidi inuadere conantur.

A tempore.

His præſertim temporibus, quibus ignobilium animi ignobilitatem ſunt accenſi, ea enim licentia viuitur, ut nemo falſa crimina non excogitet.

De legitimo ſtatu.

STATVS *legitimus eſt cum ex legibus, & ſcriptis aliquid controuerſiæ oritur.*

Dictus legitimus quòd ſæpenumero è legib. exoriatur.

Hic ſcinditur in ſex partes.

In ſcriptum, & ſententiam.

Contrarias leges.

Ambiguum.

Definitionem.

Ratiocinationem.

Ex ſcripto & ſententia oritur cõtrouerſia, cum inter litigantes unus ſcripto, alter ſcripti ſententia utitur, ut Ci. Philip. probat ſtatuam deberi Ser. Sulp. qui legatus miſſus ad Antoniũ in legatione periijt, Lex, legatis ferro occiſis, Statuã decernebat, hunc honorem Seruio Cicero uolebat decerni qui non ferro ſed legationis labore occubuit.

Ex contrarijs legibus, cum altera lex iubet, altera uetat illud fieri, cum accuſator, et deſenſor ſuã uterq; legem, qua ſe tuetur, habet.

Ex ambiguo, cum ſcriptum duas aut plures res ſignificat: quod fit multiplici poteſtate uerborum, accentu, genere, numero, aſpiratione, conteſtu orationis, & quibuſcunq; modis ſignificatum uerborum commutatur, ut teſtamento quidam poni iuſſit ſtatuam auream haſtam tenentem, ubi ambigitur, an ſtatua aurea, an haſta eſſe debeat.

Ex diffinitione, cum quo nomine factum appellatur, ut quidam furatus eſt rem ſacram ex ædibus priuatis, accuſatur: ſacrilegium eſſe affirmat, reus ſimplex furtum, quod ignorauerit rem eſſe ſacram.

Hic diffiniuntur ſacrilegium & ſimplex furtum, ideſt transſmutatione.

Ex trãſlatione, quoties ab aliquo nos accuſari debere dicimus, id eſt, aut non nos, ſed alios, aut non apud hos iudices, ſed apud alios, non hac lege, ſed alia, non hoc crimine, ſed alio, non hac pœna, ſed alia, non hoc modo, ſed alio, non hoc querente, non hoc agente, ſed alio.

Ex ratiocinatione cum res ſine propria lege in iudicium venit quæ tum ex aliјs legibus ſimilitudinem quandam aucupatur.

Hæc diſtribuitur in quinq; partes.

Prima, an quod ſemel ius eſt idem, & ſæpius, vt furti damnatus, affixus eſt cruci, ſed rupto fune delapſus repetitur ad ſupplicium.

Secunda, an quod in uno ius eſt, idem & in pluribus, & quod duos uno tempore Tyrannos occidit, duo præmia petit.

Tertia, an quod ante ius fuit, & poſt ſit, ut mulier rapta habet optionem, ut uel caput raptoris petat, vel connubium raptor fugit, interim rapta nupſit aliј reuerſo raptore petit optionem Mulier.

Quarta, an quod in toto ius eſt, idem, & id partibus, ut aratrum accipere pignori non licet, vomerem accepit.

Quinta, an quod in parte, idem & in toto, vt lanas euehere, Tarento non licet, vexit oues.

De ſtatu iuridiciali.

IVRIDICIALIS *ſtatus eſt, cum iure an iniuria factum ſit aliquid quæritur, in hoc reus aut fatetur ſe quidpiam feciſſe, quod vetitum ſit, appellamus ſtatum adſumptiuum.*

Si dixerit ſe rectè feciſſe aliquod factum, abſolutum nominamus.

Abſolutus ſtatus iudicialis eſt cum rectè aliquod factum

factum dicemus, vt quidam abdicat filium, qui philosophiæ studuerit, filius se rectè id fecisse ait.

Adsumptiuum est, in quo cum reus semper se turpiter fecisse fateatur, re tum adsumpta extranea, in rè factum defendit, huius quatuor sunt partes.

Criminis concessio.

Relatio.

Remotio.

Comparatio.

Criminis concessio est cum reus petit sibi ignosci, huius partes duæ sunt, purgatio, & deprecatio.

Purgatio est, per quam qui accusatur non factum ipsum, sed voluntas defenditur.

Hæc habet tres partes.

Imprudentiam.

Casum.

Necessitatem.

Imprudentiam, cum reus fecisse se aliquid negat, vt si dum lepori insidiatur, iaculando hominem sagittat necarit per imprudentiam, & factum excusat.

Casus erit, cum fortuna uoluntati repugnarit, vt promittens centum certa die Romæ soluere adiecta pœna: interceptus itinere à latronibus ad constitutam diem venire non potuit.

Necessitas cum ui quadam Reus, id, quod fuerit, fecisse se ait: vt si quid factum est necessitatis impulsu.

Deprecatio, cum se peccasse Reus fatetur, & sibi ignosci petit: hoc genus uix in iudicium uenit, quod à peccatorum vindice id ægregiè impetrari veniæ potest, fit si pro benemerito de Rep. dixeris, quod ob populi salutem in pericula se aliquando coniecerit.

Relatio criminis est, cum nos aliquid aliorum præceptis coactos fecisse dicimus, vt Horatius occisis tribus hostibus, & duobus amissis fratribus, demum se victor recipiens, sororem ob sui viri mortem dolentem necauit: sic iniquitatem sororis ultus est.

Remotio criminis est, cum culpam uel in hominem, uel in rem aliquam reijcimus, in hominem si accusetur is, qui Consulum iussu Seruium Sulpitium seditiosum hominem occiderit: In rem ut paterfamilias seruo donauit libertatem, ea conditione, vt mortuo poneret statuam æneam in foro.

Quod seruus facere uolens prohibitus est plebisciti lege, fit ideo liber reijciens culpam in Romanos, & plebiscitum.

Comparatio criminis, cum dicitur necesse fuisse alterutrum facere, & id quod fecimus, utilius esse, ut Aulus Albinus à Iugurta inclusus, cum effugere non posset cum Iugurta in collegium uenit, ita discessit, ut impedimenta reliquerit, satius esse duxit exercitum sine impedimentis educere, quàm simul cum impedimentis exercitum perdere.

De figuris, seu coloribus Rhetorices.

repetitio complexio conuersio traductio
Hic repetit complect, conuertit, tradit, &
exclamatio.
excla
interrogatio contentio
Inter & articulus, conten, contraria membrum
ratiocinatio continuatio gradatio
Et ratio, conti, sententia, gradus &
adnotatio
adno.
subiectio definitio correctio disiunctio
Subiectum, defi, transitio, corrige disiunc,
occupatio adiunctio coniunctio
occupat, adiungit, coniungit,
conduplicatio commutatio
conduo, commu.
Interpretatio, permissio, dubitatio,
Interpres, permis, dubium,
dissolutio, expeditio,
dissoluit, & expe,
præcisio
Præcis, Rhetorices capias me quippe figuras.
Nomine sub tanto qui discis dicere multa.

Repetitio, quando idem repetitur sæpe uerbum in principio, ut Scipio Numantiam sustulit, Scipio Chartaginem deleuit, Scipio pacem peperit, Scipio

ciuitatem seruauit, sic per omnes casus, hæc præcipuè Confir: Confut: Con: conueniunt.

Complexio, qua in principio, & in fine alterum repetitur verbum, ut qui sunt, qui fœdera sæpe ruperunt? Chartaginenses; qui sunt qui in Italia crudele bellum gesserunt? Chartaginenses; qui sunt qui Italiam deuastarunt? Chartaginenses; qui sunt qui errati veniam petunt? Chartaginenses, Hæc graui figuræ confir: & confut: conueniunt.

Conuersio, qua ultimum uerbum repetimus in fine, ut Pœnos Populus Rom. uicit iustitia, armis vicit, libertate vicit, potentia vicit, hæc confir: confu: conclu: conueniunt.

Traductio, qua idem uerbum crebrius in clausula ponitur diuersis tamen casibus, ut

Diuitias sine esse diuitum, tu uirtutem diuitijs præferas, nam si uelles diuitias cum uirtute comparare, uix satis idoneæ uiderentur diuitiæ, quæ uirtutis essent pedissequæ, uel iucundum est amari, si curetur, nequid amari insit.

Exclamatio, quæ aliqua re exposita ad dolorem indignationem auditores mouet, ut ò mores non ferendos, ò Audaciam inauditam, ò libidinem ineffrenatam, hæc indiciali gra: fig: & conclu:

Interrogatio, qua cogimus aduersarium fateri rē ita esse, ut cum igitur hæc omnia faceres, diceres, administrares, utrum animos sociorum è Rep. remouebas, & alienabas, an non.

Articulus, quo plura uerba sine copula posita pronuntian-

nuntiantur, ut Acrimonia, uoce, uultu, aduersarios perterruisti.

Contemptio, *quæ constat ex uerbis & sententijs contrarijs, vt habet assentatio iucunda principia, eadem etiam exitus amarissimos affert.*

Contrarium, *quod ex duabus rebus contrarijs constat, ut qui suis rationibus inimicus fuerit semper, quamobrem alienis eum fore amicum speres.*

Mẽbrum, *quod sensum aliquem aperit, et aliquid agit in animo auditoris, inimico proderas, amicũ lædebas, tibi ipsi nõ consulebas, et idẽ ueni, uidi, uici.*

Ratiocinatio, *qua præponimus, deinde tãtum nos ipsi interrogamus, demum rationem subijcimus, ut Maiores nostri hoc bene compararunt, ut neminem Regem, quem armis cæpissent, uita priuarent.*

Continuatio, *qua multa uerba frequentantur cum sententiarum absolutione, ut ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi in virtute firmius, quàm in casu præsidium collocauit. Nam si quis spei non multum collocauit in casu quid est, quod eo magnopere obesse possit? quod si in eos plurimum fortuna potest, quæ actiones omnes in casum intulerunt.*

Sententia, *qui uitijs obnoxius est, is nullo pacto liber esse possit.*

Contrarium, *nam quæ libertas potest esse in eo, qui uitiorum sit seruus?*

Conclusio, *quod si ita est, ut re uera est, uitijs debitus nullo pacto potest esse liber.*

Sententia, quæ ad uitæ utilitatem ſpectans aliquid continet, ut is liber eſt exiſtimandus, qui nulli turpitudini ſeruit.

Gradatio, qua ueluti per gradus ab ijſdem uerbis ad eadem uerba diuerſo caſu poſita accedere uidemus.

Aphricano uirtutem induſtria, uirtus gloriam gloria æmulos comparauit.

Adnominatio, qua plures dictiones, uoce ſimiles, ſignificatione diſſimiles, aut additis, aut detractis, aut mutatis litteris, aut ſyllabis collocamus: ut

Multos auium dulcedo ducit ad auium, uel hic in hac oratione nõ tã orator, quàm Arator mihi uſus eſt.

Subiectio, qua interrogamus aduerſarios, quid contra nos dici oportet, ut

Quæro igitur unde iſte tam pecunioſus ſit factus: Amplum patrimonium relictum eſt. At patris bona uenierunt, hæreditas aliqua obuenit, ſed poteſt dici, ſed à neceſſarijs omnib. exhæredatus eſt, præmium aliquod ex lite, aut iudicio cæpit non modo id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione uictus eſt. Ergo ſi his rationibus non eſt locupletatus ſicut omnes uidetis, aut iſti Domi naſcitur aureum, aut, unde non eſt licitum, capit.

Definitio, qua proprietas alicuius rei breuiter & abſolutè oſtenditur, ut

Maieſtas Reip. eſt, in qua obtinetur dignitas, & amplitudo ciuitatis.

Tranſitio, qua oſtendimus breuiter, quod diximus quid deinceps dicturi ſumus.

In patriam cuiusmodi fuerit, habetis, nunc in parentes qualis extiterit considerate.

Correctio, quæ posito uno uerbo aliquod aliud melius, ac uehementius reponit: ut

Si frater tuus hoc nostrum principem rogauisset, vno innuisset, id facillimè impetrasset.

Disiunctio, qua aut duas sententias, aut plures uno suo uerbo concludimus, ut, Populus Rom. Numantiam deleuit, Cartaginem sustulit, Chorintum disiecit, Fregellas euertit.

Occupatio, qua dissimulamus uelle aliquid dicere, & tamen interiectione uerborum ita dicimus, ut maiorem auditorib. suspitionem relinquamus, quàm si id apertè diceremus: ut

Multa prætereo, quæ de te dicere possem, nisi horum uirorum, quos apud ea me dicere pudet, quæ te committere non puduit, rationem haberem.

Adiunctio, qua uerbum, aut in principio, aut in fine positum, plura semper comprehendit, ut

Deflorescit formæ dignitas, aut morbo, aut uetustate in fine sic, aut morbo, aut uetustate formæ dignitas deflorescit.

Coniunctio, qua uerbum in medio positum, partes orationis superiores, & inferiores complectitur, ut formæ dignitas, aut morbo deflorescit, aut uetustate, uel hominis fœlicitas in uirtute consistit, aut in animi tranquillitate.

Conduplicatio, qua, aut indignationis, aut commiserationis, aut admirationis gratia, unum, aut plura

verba conduplicãtur, ut vos moueãt patris lachrimæ, uos moueant domus nobilitas, uos moueant præclara tanti uiri facinora, uos moueãt uulnera, quæ pro patria fortiter pugnando, non à tergo, sed à pectore accepit.

Commutatio, qua duæ sententiæ contrariæ collocantur, ita ut altera pendeat ab altera, & prior ponatur affirmatiuè, posterior verò negatiuè, ut

Homines debent edere, ut tantum modo uiuant, non autem uiuere ut solum comedant.

Interpretatio, quæ idem alijs uerbis dicitur, ut patrẽ nefariè uerberasti, parenti manus intulisti.

Permissio, qua nos & omnia nostra, & potestati, & uoluntati iudicum permittimus, ut quoniã omnib. rebus solum mihi superest animus & corpus hæc ipsa de multis, quæ mihi sola relicta sunt, uobis & nostræ condono potestati.

Dubitatio, qua orator dubitat, utrum de duobus, aut quid de pluribus potissimum dicat, vt tot tantaq; huius sceleratissimi sunt crimina, ut ipsi dubitant, vnde incipiant, & quæ ex his maiora existimat, cum omnia sint maxima.

Dissolutio, qua plura membra sine copula, ut quædam continuata collocantur, ut gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus.

Expeditio, qua compluribus rationibus enumeratis, quib. aliquid fieri aut fieri potuerit, cætera tolluntur, vna relinquitur, quam non intendimus, ut necesse est, cum constet hunc fundum nostrum fuisse,

ostendat

ostendat aut uacuum possedisse, aut fruifecisse, aut emisse, aut hæreditate sibi uenisse.

Vacuum, cum ego adderem, possidere non potuisti tuũ etiam nunc uerè fecisse non potes, emptio nulla profert.

Hæreditate sibi me uiuo mea pecunia uenire nõ potuit relinquitur ergo: ut me de meo fundo deieceris.

Præcisio siue reticentia, qua rem inchoatam interrumpimus, ita ut maiorem suspitionem ne animis iudicum relinquamus, ut tu istud nunc audes dicere, qui nuper alienæ domi non ausim dicere, ne cum re digna dixero me indignum cuipiam dixisse uideatur.

FINIS.

PHILIPPVS VENVTIVS AD HIERONYMVM CAPHARVM.

Caphare quid tentas, nisi cunctis lumina claræ
Pangere uirtutis, qua patet ara poli?

Registrum.

*ABCDEFGHIKLMNOPQRSTV XYZ.

*Omnes sunt quaterniones, præter *, & Z, qui sunt Duerniones.*